



# SENTENTIAE

EX LIBRIS PANDECTA  
RVM IURIS CIVILIS  
DECERPTAE.



M. D. XXXIX.

БАРДУХ ТИАГ  
БАРДУХ ТИАГ  
БАРДУХ ТИАГ  
БАРДУХ ТИАГ



SENTENTIAE EX PANDECTIS  
IVSTINIANI DECERPTAE.

EX LIBRO I.

**I**us est ars boni et æqui. Quæ æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu penarum, uerum præmiorū quoq; exhortatione efficiere cupientes, ueram philosophiam non simulatum affectamus.

Est autem ius tripartitum. ius naturale, ius gentium, & ius ciuile.

Ius naturale, est quod natura omnia animalia dedit. ut procreationem, educationem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, fidem.

Ius gentium, est quod naturalis ratio inter omnes homines constituit. ut religio, pactum, iudicatum, societas, contractus, depositum, mutuum, inducæ, dominia, postliminia, &c.

Ius ciuile, quod quisq; populus ipse sibi constituit. id in legibus, senatusconsultis, plebisitatis, decretis principum, auctoritate prudentium, more æquitateq; consilit.

Iustitia, est constans & perpetua uoluntas, ius sum cuiq; tribuens.

Iuris præcepta sunt hæc. Honeste uiuere, Alterū

non lœdere, ius suum aq; tribuere.

Iuris prudentia, est diuinarum atq; humanarum  
verum notitia, iusti atq; iniusti scientia,

Lex, est commune præceptum, virorum prudenti-  
um consultum, delictorū quæ sponte contrahuntur  
coeratio, communis reipub. fonsio.

Ex his quæ forte uno aliquo casu accidere possit,  
iura non constituuntur.

Legis uirtus est, imperare, uetare, permittere, et  
punire.

Iura non in singulas personas, sed generaliter  
constituuntur.

Neg: leges, neg: senatus consulta ita scribi possit,  
ut omnes casus, q; quandoq; inaderint, comprehendā-  
tur: sed sufficiat ea quæ plerumq; accident, contineri.

Quoties lege aliquid unum vel alterum est intro-  
ductum, bona occasio est & cetera, quæ tendunt  
ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certe  
iurisdictione suppleri.

Quod contra rationem iuris receptum est, non est  
produendum ad consequias.

In his, quæ contra rationem iuris constituta sunt,  
non possumus sequi regulam iuris.

Ius singulare, est quod contra tenorem rationis  
propter aliquam utilitatem auctoritate constituentis  
introductum est.

Sare leges, non est uerba eorum tenere, sed vim  
ac potestatem.

Benignius leges interpretandæ sunt, quo uolumen  
tas eorum conseruetur.

In ambigua uoce legis ea potius accipienda est si-  
gnificatio, quæ uitio caret: præsertim cum etiam uo-  
luntas legis ex hoc colligi possit.

Non omnium quæ à maioribus constituta sunt, ra-  
tio reddi potest.

Rationes eorū quæ constituuntur, inquire non opor-  
tet: alioquin multa ex his quæ certa sunt, subuertuntur.

Cum lex in præteritū qd indulget, in futurū uetat

Minime sunt mutanda, quæ interpretationem ar-  
tam semper habuerunt.

Inauile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua par-  
ticularia eius proposita, indicare uel respondere.

Nulla juris ratio, aut equitatis benignitas patitur,  
ut quæ salubriter pro utilitate hominum introdu-  
cuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipso-  
rum comodum producamus ad seueritatem.

Non est nouum, ut priores leges ad posteriores  
trahantur,

Quoniam antiquiores leges, ad posteriores trahi  
usitatum est, semper quasi hoc legibus inesse credit  
oportet, ut ad eas quoq; personas, et ad eas res per-  
tineant, quæ quandoq; similes erunt.

Sed et posteriores leges ad priores pertinent, nisi  
contrariae sint: idq; multis argumentis probatur.

Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet:  
in fraudem uero legis facit, qui saluis uerbis legis,  
sententiam eius circumuenit.

De quibus causis scriptis legibus non utimur, id  
a custodiri oportet, quod moribus & consuetudine in  
trotuctum est: & si qua in re hoc defecerit, tunc  
quod proximum & consequens ei est.

Leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam  
tacito consensu omnium per desuetudinem abrogantur,

Diuturna consuetudo pro iure & lege in his que  
non ex scripto descendunt, obseruari solet.

Cum de consuetudine confidere quis uidetur, ex-  
plorandum, an etiam contradicto aliquando iudicio  
consuetudo firmata sit.

Magna authoritatis hoc ius habetur, quod in tan-  
tum probatum est, ut non fuerit necesse scripto id  
comprehendere.

Si de interpretatione legis queratur, in primis in  
spiciendum est, quo iure quitas retro in eiusmodi ca-  
sibus uia fuit. Optima enim est legum interpres  
consuetudo.

In ambiguitatibus, que ex legibus proficiuntur,  
consuetudo aut rerum perpetuo similiter iudicatarum  
authoritas uim legis obtinere debet.

Quod non ratione introductum est, sed errore pri-  
mum, deinde consuetudine obtentum, in alijs simili-  
bus non obtinet.

Quod principi placuit, legis habet uirgrem: idq;  
constitutionem appellamus.

Iu rebus nouis constitutis euidentis esse utilitas de-  
bet, ut recedatur ab eo iure, quod iam diu æquum  
uisum est.

Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis  
esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus  
queritur.

Mulier prægnans ultimo supplicio damnata serua-  
ri debet, donec partum edat.

Cum legitimæ nuptiæ factæ sunt, patrem libert  
sequuntur: uulgo quesitus matrem sequitur.

Qui furere coepit, et statum et dignitatem in qua  
fuit, et rei suæ dominium retinet.

Si qua poena paterfamilias fuerit affectus, sine du-  
bio nepos filij loco succedit.

Filiusfamilias in publicis causis loco patrisfamilias  
habetur.

Vbi officia non sunt repugnantia, unus potest ui-  
am duorum sustinere.

Finita patris adoptiui potestate, nullum ex pristi-  
no iure retinetur uestigium.

Si paterfamilias adoptatus sit, omnia que eius fu-

erunt, tacito iure ad eum transeunt, qui adoptantur.  
Adoptio in his personis locum habet, in quibus  
etiam natura potest habere.

Ex adoptio natus, adoptini locum obtinet in iu-  
re duili.

Non potest filius, qui in potestate patris est, ullo  
modo compellere eum, ne sit in potestate.

Onera eius qui in adoptionem datus est, ad pa-  
trem adoptivum transferuntur.

Qui indignus est inferiori ordine, indignior est  
superiore.

Veritas rerum erroribus gestorum non uitatur: et  
ideo præses id sequatur, quod conuenit eum ex fide  
eorum quæ probantur, sequi.

Prætextu humanæ fragilitatis delictum decipientis  
in periculo hominis, innoxium esse non debet.

Mandatam sibi iurisdictionem mandare alteri ne  
minem posse, manifestum est.

## EX LIBRO II.

Cui iurisdictione data est, ei quoq; concessa esse uiden-  
tur, sine quibus iurisdictione explicari non potuit.

Qui iurisdictione præst, neq; sibi ius dicere de-  
bet, neq; cæteris quos secum habet.

Si per errorem aliis pro alio prætor fuerit adi-  
sus, nihil ualeat, quod actum est.

Non con-

Non consentiunt, qui errant: nihil enim tam contrariū consensui quā error, qui imperitiam detegit.

Mutatio iudicis post sententiam, prioris iudicis iurisdictionem non impedit.

Extra territorium ius dicenti impune nō paretur. Idem et si supra iurisdictionē suam uelit ius dicere.

Qui aliquid noui iuris in quenq; statuerit, is quandoq; aduersario postulante eodem iure uti debet.

Quod quis in alterius persona æquum esse credit, id in ipsis quoq; persona ualere patiatur.

Omnibus magistratibus secundū ius potestatis sue concessum est, iurisdictionem suam defendere penali iudicio.

Is uidetur ius dicenti non obtemperasse, quā quod extreūmum est in iurisdictione non fecit.

Eas personas, quibus reuerentia prestanta est, si ne iussu prætoris in ius vocare non possumus.

Qui de duobus copulatiuis unum fecit, nihil fecisse uidetur.

Si quis in ius vocatus nō ierit, ex causa à cōpetente iudice multa pro iurisdictione iudicis dānabitur.

Si nihil interest actoris, eo tempore in ius aduersarium non uenisse, pena remittitur.

Ne quis eñ, qui in ius vocabitur, ui eximat: néue dolo malo faciat, quo magis eximatur.

Probationes debent necessariò concludere, ut con-

deminatio sequi poscit.

Fideiſſor iudicio ſiftendi cauſa, locuples iubetur  
dari, non tantum in facultatibus, ſed etiam ex conue-  
niendi facilitate.

In fideiſſorem, qui aliquem iudicio ſifti promife-  
rit, tanti, quanti ea res erit, actionem dat prætor.

Quoties uitioſe cautum uel ſatisdatum eſt, non  
uidetur cautum.

Poſſeſſores immobiliū rerum ſatisdare non com-  
pelluntur.

Qui iurato promiſit iudicio ſifti, non uidetur peie-  
raffe, ſi ex conuitta cauſa hoc deſeruerit.

Si plures dolo fecerint, omnes tenetur: ſed ſi unus  
præſliterit poenā, cæteri liberabitur, cuſi nihil interſit

Propter dolum alienum nec reus lucrum faciat,  
nec actor danino afficiatur.

Si quis iuſto impedimento prohibitus, in iudicio fe-  
ſtigere non potuit, exceptione adiuuatetur.

Excepcio ſuperueniens reo, prodeſt fideiſſori.

Vbi eſt dies & conditio, expectatur dies, lixet con-  
ditio euenerit.

Ne quis meſſium uindemiarumq; tempore aduer-  
ſarium cogat ad iudicium uenire, niſi dilatio actionem  
ſit peremptura.

Prætoris factum iuri derogare non oportet.

Qua quisq; actione agere uoleat, eam prius ede-

re debet, ut proinde sciat reus, utrum cedere, an con-  
tendere debeat.

Nihil tam congruum fidei humanæ, quam ea serua-  
re, quæ inter eos placuerunt.

Si ut maleficium fiat, promissum sit, nulla est obli-  
gatio ex hac conventione.

Si plures sint, qui eandem habent actionem, uni  
us loco habentur.

Quædam actiones per pactum ipso iure tollunta-  
tur, ut iniuriarum, item furti.

Pacta quæ turpem causam continent, aut à iure  
communi remota sunt, rata non habentur.

Si acceptatio inutilis fuit, tracta pactione id actum  
uidetur, ne peteretur.

Ius publicani priuatorū pactis mutari non potest.

Pactio obscura vel ambigua uendori & qui loca-  
nit, nocet, in quorum fuit potestate legem a pertius  
conscrivere.

In traditionibus rerum quodcumq[ue] pactum sit, id  
malere manifestissimum est.

Pactum personale non extenditur ad heredes.

Non est in mora, qui potest exceptione legitima  
se tueri.

Semel acquisita fidei usori exceptio pacti, ulterius  
inuito extorqueri non potest.

Si prætor aditus alia cause cognitionem transfig-

*laboratio à fatus  
in frumentis difficit  
ab Apo fa. p[ro]missio  
causa Data.*

permiserit, transactio nullius erit momenti.

Transactio quæcumq; sit, de his tantū, de quibus  
inter conuenientes placuit, interposita creditur.

### EX LIBRO III.

Sententia iudicis quæ diminutionem status nō contineat,  
extra territoriū iudicis suū effectū non porrigit.

Si quis alieno nomine condemnatus fuerit, non  
laborat infamia.

Poena grauior ultra legem imposita, existimatio-  
nem conseruat.

Non oportet ex sententia (sive iusta sive iniusta)  
pro alio habita, alium prægrauari.

Publicē utile est, absentes à quibuscumq; defendi.

Cuius nomine quis actionem sibi dari postulaue-  
rit, is cum iuri boni arbitratu defendat.

Qui nomine alieno agit, id ratum habiturū eum,  
ad quem ea res pertinebit, cauere debet.

Qui proprio nomine iudicium accepit, si uelit pro-  
curatorem dare, in quem actor transferat iudicium,  
audiri debet.

Litis impendia bona fide facta, uel ab actoris pro-  
curatore, uel rei, debere ei restitui, æquitas suadet.

Ignorantis domini conditio deterior per procura-  
torem fieri non debet.

Quacumq; ratione procurator tuus à me liberatus

est, id tibi prodesse debet.

Procurator qui pro domino uinculum obligationis suscepit, onus eius frigida reausat.

Si reus paratus sit ante litem contestata pecuniam soluere, iniquum est, cogi eum iudicium accipere.

Si quid uniuersitati debetur, singulis non debetur, nec quod debet uniuersitas, singuli debent.

Si quis absentis negotia gesserit, licet ignorantis, tamen quicquid utiliter in rem eius impenderit, uel etiam si se in rem absentis alicui obligauerit, habet eo nomine actionem.

Gestor negotiorū ampliores q̄ oportuit, fructus cōsecutus, totū præstare debet, licet petere nō potuerit.

Qui negotium ab alio q̄uis male gestum, probaverit, non habet eo nomine actionem: quia semel probatum reprobari non potest.

Etiam is negotiorū gestorum habet actionem, qui utiliter negotia gessit, licet euentus non sit secutus.

Qui negotia absentis & ignorantis gerit, & culparam & dolum præstare debet.

Negotiorum gestor non tenetur de casu, nisi præcedat culpa.

Si quis aliena negotia gerens, plus quam oportet, impenderit, recuperabit id quod præstari debuit.

Sumptus uoluptatis causa, seu pietatis respectu facti, repeti non possunt.

Soluendo quisq; pro alio, licet inuiti & ignorante, liberat eum. Quod autem aliai debetur, alius sine uoluntate eius non potest iure exigere.

Alienam conditionem mclorem, etiam ignorantis & inuiti, facere possumus, deteriorē non possumus.

Actio negotiorum gestorum illi datur, cuius interest hoc iudicio experiri.

Lege Iulia repetundarū tenetur, qui ob negotium faciendū uel nō faciendū per calūnīā, pecunīā accepit.

Turpia lucra etiam ab hæredibus extorqueri debent, licet crimina extinguantur.

#### EX LIBRO IIII.

Homines uel lapsi, uel circumscripti, siue metu, siue calliditate, siue ætate, siue absentia, aut per uitium errorem inaderunt in cōptionem, causa cognita à pretore in integrum restituuntur.

Nemo uidetur rem perdidisse, qui in integrum restitui potest.

Omnia, qui ipsi potuerunt restitui in integrum, successores in integrum restitui possunt.

Deceptis sine culpa sua (maxime si fraus ab aduersario interuenerit) succiori oportebit.

Quod uero metusue causa gestum erit, nullo tempore ratum habetur.

Cui res metus causa tradita est, non solū reddere,

uerum etiam de dolo re promittere debet.

In alterius præmii uerti, alienū metū non oportet

Quæ dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus  
alii actio non erit, & iusta causa esse uidetur, iu-  
dicium dabo.

Quod semel est iuramento deicium, ratione periu-  
ri retractari non oportet.

In eum qui dolum commisit, in id quod loquaciti-  
or est, perpetuò danda est in factum actio.

Si duo dolo malo fecerint, iniulcē de dolo nō aget

Quod cum minore q̄ uigintiquinq; annorū natu-  
gestū esse dicitur, utiq; quæ ea res erit animaduertā.

Si quis maior factus comprobauerit, quod minor  
gesserat, restitutio cessat.

Omnis ætatis hominibus restauratio eremodicis  
præstari debet, si se doceant ex iusta causa absuisse.

Non autem passim minoribus subuenitur, sed cau-  
sa cognita, si capti esse proponantur.

Non restituetur, qui sobrie rem suā administrans,  
oarsione danni non inconsulte accidentis, sed favo-  
uelit restitui.

Non enim euentus damni restitutionem indulget,  
sed inconsulta facilitas.

Vbi restitutio datur, posterior emptor reuerti ad  
auctorem suum poterit.

Iniuriarū iudicium semel omissum, repeti nō potest.

Non fit etatis exasatio aduersus precepta legum  
ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit.

Vniuersaliter licet contemnere haec, que pro se introducta sunt.

Prætor minorem in integrum restituere potest, etiam contra suam, vel decessoris sui sententiam.

Qui, posteaq; quid cum his actum contractumue sit, capite minuti esse dicentur, in eos perinde, quasi id factum non sit, iudicium dabo.

Capitis deminutio priuati hominis et familie eius iura, non ciuitatis amittit.

Eas obligationes, quæ naturalem præstationem habere intelliguntur, palam est capitis deminutione non perire. Quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest.

Si cuius quid de bonis, cum is metu aut sine dolo reipublicæ, aut alia iusta causa abesset: siue in uiuacis, seruitute, hostiumue potestate esset, deminutum esse dicetur, iure postliminiij in integrum restituam.

Non autem negligentibus subuenitur, sed ne cessitate rerum impeditis.

Rei duntaxat persequendæ, non etiam lucri faciendi gratia, restitutio auxilium maioribus datur.

Quotiescumq; aliquis ex necessitate, non ex uoluntate absuit, dia oportet, ei subveniendum.

Absens in aliqua re læsus non restituitur, in qua etiam

etiam si non absuisset, damnum erat passurus.

Nullius causa deterior fieri debet, ex alieno facto.  
Si quis alienando rem, alium nobis aduersarium  
suo loco in fraudem nostram substituerit, in factum  
actione tenebitur.

Qui arbitrium poena compromissa reæperit, sen-  
tentiam dicere compelletur.

Arbiter, et si errauerit in sententia diænda, corri-  
gere eam non potest, quando arbiter esse desierit.

Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum  
est, quo minus arbitretur, poena committitur.

Nautæ, caupones, stabularij, uestores, quod cu-  
iusq; saluum fore reæperint, nisi restituant, in eos  
iudicium dabo.

#### EX LIBRO V.

Inter consentientes cuiusvis iudicis qui tribunalii  
præfest, vel aliâ iurisdictione habet, est iurisdictio.

Omnem obligationem pro contractu habendam,  
existimandum est.

In confessum non est ferenda sententia, sed danda  
est ei dilatio ad soluendum.

Non potest uideri in iudicium tenuisse id, quod post  
iudicium acceptum accidit.

Vbi coemptum est semel iudicium, ibi ex finem ad  
pere debet.

Non quicquid iudicis potestati permititur, id subiicitur iuris necessitati.

Iudex si quid aduersus legis praeceptum in iudicando dolo malo praetermisserit, legem offendit.

Observandum est, ne is iudex detur, quem altera nominat pars petit: id enim iniqui exempli est.

Per minorem causam maiori cognitioni praeiudicium fieri non oportet: maior enim questio minorem causam ad se trahit.

Inter litigantes non aliter lis expediri potest, quam si alter petitor, alter possessio sit.

Si quis intentione ambigua, uel oratione usus sit, id quod utilius ei est, accipiendum est.

In peremptorio edicto is qui edit, etiam absente diuersa parte cognosat et pronuntiat.

De qua re cognoverit index, pronunciare quoque cogendus erit.

Sententia ex falsis allegationibus contra absentem lata, est ipso iure nulla.

Cuius rei species eadem consistit, rem quoque eandem esse existimandum.

Eum, quem temere aduersarium in iudicium uocasse constiterit, uiajcia litisque sumptus aduersario suo reddere oportebit.

Inofficium testamentum dicere hoc est, allegare, quare exhaeredari uel praeteriri non debuerit.

Non est consentiendum parentibus, qui iniuriam  
aduersus liberos suos testamento induant.

Si instituta accusatione, de lite pacto transactū est,  
nec fides ab altera parte transactioni præstetur, ac-  
toris causam integrām esse placuit.

Quāvis instituta inofficiosa testamenti accusatione,  
res transactione dedasa sit, tamen testamentum in suo  
iure manet.

Eorum iudiciorum, quæ de hæreditatis petitione  
sunt, ea authoritas est, ut nihil in præiudicium eius  
fieri debeat.

Legitimam hæreditatem vindicare nō prohibetur  
is, qui cum ignorabat uires testamenti, iudicium de  
functi securus est.

Non solum ea, quæ mortis tempore fuerint, sed  
si qua postea augmenta hæreditati accesserint, ueni-  
unt in hæreditatis petitione.

Bonæ fidei possessores in id duntaxat tenentur, in  
quo locupletiores facti sunt.

## EX LIBRO VI.

Cum in rem agitur, si de corpore cōueniat, error  
autem sit in vocabulo, recte actum esse uidetur.

Si res mobilis petita sit, aut ibi restitui debet, ubi  
res est, aut ubi agitur.

Si quis rem ex necessitate distraxit, fortassis huic

officio iudicis succurretur, ut pre<sup>ci</sup>um duntaxat debat restituere.

Qui vindicat totum, per exceptionē dolii cogitur pre<sup>ci</sup>um eius quod accepit, dare.

Quæcūq; alijs iuncta siue adiecta accessionis loco cedunt, ea q̄diu cohæret, dominus vindicare nō potest.

Qui in rem conuenitur, etiam culpe nomine condemnatur.

Bonæ fidei possessor etiam fructus deductis impensis petitori restituere debet.

Non propterea quis, quod alij rem vindicant, tunc ignoras suā esse, aſſistebat, dominū suū amisit.

Quod infans uel furiosus possessor perdidit uel corruptit, impunitum est.

Cum in rem agitur, eorum quoq; quæ usui, non fructui sunt, restitui fructus certum est.

Possessori debet restitui pre<sup>ci</sup>um à domino, quod est in eius utilitatem uersum, habita tamen fructuum compensatione.

Qui nō potest restituere, nec dolo fecit quo minus possit, non pluris quam res est, condemnandus est.

Publicana in rem actio. Si quis id quod traditur ex iusta causa à non domino, ex nondum usucaptum petet, iudicium dabo.

Ei soli nōrare debet iuriandum, qui detulit.

EX LIBRO VII.

U<sup>s</sup>usfructus, est ius in corpore, quo sublato, et  
ipsum tolli necesse est.

Ne in uniuersum inutiles essent proprietates, pla-  
uit certis modis extingui usumfructum, et ad pro-  
prietatem reuerti.

U<sup>s</sup>ufructu legato, omnis fructus rei ad fructuarium  
pertinet, sic tamen, ut uiri boni arbitratu fruatur.

Qua ratione retinetur a proprietario possessio,  
pari ratione etiam ususfructus retinetur.

Res sub conditione legata, interim haeredis est, exi-  
stente autem conditione, ad legatarium transit.

Si cuius rei ususfructus legatus fuerit, potest domi-  
nus in ea re satisfactionem desiderare.

Fructarius causam proprietatis deteriorem face-  
re non debet, meliorem facere potest.

Proprietarius nec seruitutem imponere fundo po-  
test, nec amittere seruitutem.

Qui prelio fruiatur, non minus habere intelligitur,  
quam qui principali re utitur fruiatur.

Impendia in rem, cuius ususfructus ad aliquem  
pertinet, ad eum respicere natura manifestum est.

Cui ususfructus legatus est, etiam inuito haerede  
eum extraneo uendere potest.

Quoties ususfructus pluribus coniunctim legatus

est, inter fructuarios est ius accrescendi.

Cum primus non inueniet alterum cum, qui sibi concerrat, solus uteatur in totum.

Toties ius accrescendi est, quoties à duobus qui in solidum habuerunt, concurso diuisus est.

Dies ususfructus legati non prius aedit, quam hæreditas adest.

Neq; ususfructus, neq; servitutes prædiorum dominii mutatione amittuntur.

Vsusfructus legatus administralis eget, sine quibus utifrui quis non potest.

Cui usus relictus est, uti pot, frui uero nō potest.

Vsuarie reis speiem is, cuius proprietas est, nullo modo commutare potest.

### EX LIBRO VIII.

Vnus ex dominis communium aedium servitutem imponere non potest.

Servitutū non ea natura est, ut aliquid faciat quis, sed ut patiatur, aut non faciat aliquid.

Iura servitutis prædiorum, certo tempore nō utendo pereunt, si uianus simul libertatem usucipiat.

Qui non consentit, uidetur contradicere.

Pactio obscura interpretatur cōtra profrentem.

Omnes servitutes prædiorum perpetuas causas habere debent, alioqui consistere non possunt.

Libertas seruitutis usus capitur, si dominium rei servientis obtineatur.

Cui conceditur aliquid, uidetur concedi omnia, si ne quibus illud esse non potest.

Quod ius aliquis non negligenter aut culpa sua amissit, id ei restituи debet.

Quod humani iuris esse desigit, seruitute non recipit.

Cum fundus fundo seruit, uendito quoque fundo seruitutes sequuntur.

Bona fides contractus; legem seruari uenditionis exposat.

In omnibus serere seruitutibus refectio ad eum pertinet, q̄ sibi seruitute afferit, nō ad eū, cuius res seruit.

In suo alio hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat.

Quod quis alium facientem prohibere ex officio necesse habuit, id ipse committere non debuit.

Si quis ē socijs litem perdidit culpa sua, non est et quum hoc ceteris damno esse.

Qui permittit edificari in loco seruiente, ius seruitutis amittit.

Cum via publica fluminis impetu uel ruina amissa est, viarius proximus viam præstare debet.

#### EX LIBRO IX.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur, aut dandia

quod nocuit, aut aestimatio noxie offerenda.

Lex Aquilia. Qui seruum alienum, uel peadem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino dannas esto.

Aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere.

Imperitia, negligentia, infirmitas, nimia sæuitia, Iusus quoq; noxius culpe assignantur.

Affectare quis non debet, in quo uel intelligit, uel intelligere debet, infirmitatem suam alij periculo<sup>m</sup> sam futuram.

Si aliis tenuit, aliis interemit, is qui tenuit, quasi mortis causam præbuit, in factum actione tenetur.

Si cum uno ex pluribus reis agatur, cæteri non liberantur: nam quod aliis præstut, alium non liberat, cum sit pena.

In actione aduersus confitentem, iudex non rei iudicandæ, sed aestimandæ datur: nam nullæ partes iudicantis in confitentes sunt.

Quando factum excedit uoluntatem, tenetur quis de toto facto, non inspecto proposito uoluntatis.

Etiam qui occasionem præstat, ipse damnum esse uidetur.

Culpa est, cum quod diligenter prouideri potuit, non fuit prouisum, aut tunc denunciatum est, cum periculum cuiusvis non potuit.

Repudiante

Repudiantē legatario legatum, hæreditis est actio,  
perinde ac si legatum non esset.

Qui cum aliter tueri se non possent, damnum cul  
pa dederunt, innoxij sunt. Vim enim ui defendere,  
ormes leges, omniaq; iura permittunt.

Vnde in eum locū, quo vulgo iter fiet, uel in quo  
consistetur, deiectum uel effusum quid erit, quantum  
ex ea re damnum datum factumue erit, in eum qui  
ibi habitauit in duplum iudicium dabo.

Ne quis in subgrunda protectione supra eum lo  
cum, quo vulgo iter fiet, inue quo consistetur, id po  
situm habeat, cuius casus nocere cui posset.

Habitator suam suorumue alpā præstare debet.

Qui dolo facit quo minus posset, uidetur posse.

Beneficium unius, non extenuat maleficium alterius.

Quod unus ē socijs ratione rei communis conse  
quitur, alteri communicare tenetur.

#### EX LIBRO X.

Iudicium finium regundorum permittitur, ut ibi nō posset  
dirimere fines, adiudicatione controversiā dirimat.

Cum ex alterutrius prædio alij adiudicatur, is cui  
adiudicatur, certa pecunia condemnandus est.

In iudicio finium regundorum, etiam eius ratio sit  
quod interest.

Quæ quis in hæreditate quasi hæres, dolo aut

culpa fecit, in iudicium familie erascundae uenient.

Non potest uno iudicio res iudicata in partem uale-  
re, in partem non ualere.

Quod quis ex causa iudicati indebitum soluit, rei  
ueritate cognita, repetere non potest.

Vbi diuisio perdiffialis est, potest iudex in unius  
personam totam adiudicationem & condemnationem  
conferre.

Sicut ipsius rei diuisio uenit in communi diuidendo  
iudicio, ita etiam præstationes uenient.

Eum qui cōmuni nomine aliquid fecit, neq; lucru  
neq; damnum ex eo sentire oportet.

Vnus ex ijs, qui rem communem habent, potest  
alios ad diuisionem etiam inuitos prouocare.

Ultrad, quod in iudicium deductum est, exædere  
potestas iudicis non potest.

Iudicem in prædijs diuididis, quod omnibus uti-  
lissimum est, uel quod malunt litigatores, exequi  
conuenit.

In re communi nemo dominoru iure facere quicq;  
in iuto altero potest: in re enim pari potior est causa  
prohibentis.

Reus contumax per in item iusiurandum petitoru  
damnari potest, ei iudicæ quantitatem taxante.

Qui depositam, uel commodatam, uel locatam,  
uel pignori rem accepit, ad exhibendum tenetur.

Qui dolo malo fecit, quo minus possideret, ad exhibendum tenebitur.

Ad exhibendum possunt agere omnes, quorum interest.

Non oportet ius civile caluniari, neq; uerba eius captare: sed qua mente quid dicatur, animaduertere.

### EX LIBRO XI.

Nemo cogitur ante iudicium de suo iure aliquid respondere.

Qui interrogatur in iure, ad deliberandū tempus impetrare debet: quia si perperam confessus fuerit, incommmodo afficietur.

Omnino non respondisse uidetur, et qui ad interrogatum non respondit.

Ex causa iusti erroris potest quis confessionem suā reuocare.

Exceptionibus legitimis etiam is uti potest, qui ex sua responsione conuenitur.

Si quis sine dolo malo, culpa tamen respondit, absoluī debet, nisi culpa dolo proxima sit.

Confessiones ita demum ratæ sunt, si id quod in confessione uenit, et ius ex natura recipere potest. AB

Qui seruum alienum receperisse, persuasissime quid ei dicetur dolo malo, quo cum deteriorem facret, in eum quanti ea res erit, in duplum iudicium dabo.

Si quis eum, apud quē in alesia lusum esse dicetur,  
uerberauerit, damnūue ei dederit, siue qd eo tēpo  
re domo eius subtractum erit, iudicium non dabo.

In eū qui alesia ludendae causa uim intulerit, utiq;  
que res erit, animaduertam.

Si mensor falsum modum dixerit, in factum acti=  
one conuenietur.

Quod funeris causa sumptus factum erit, eius re  
auperandi nomine in eum, ad quem ea res pertinet,  
iudicium dabo.

Impensa funeris semper ex hæreditate deductatur,  
qua etiam omne creditum solet præcedere, cum bo  
na soluendo non sunt.

Negat lex Regia, mulierem quæ prægnans mor=

tua sit humari ante, quam partus ei excidatur: is qui  
contrā fecerit, spem animantis cum grauida pere=

misse uidetur.

## EX LIBRO XII.

In contrahendo quod agitur, pro auto haben=

dum est.

Si depositum fiat gratia recipientis, ad eum spe=

ctat periculum.

Certi condicō competit ex omni causa, & ex

omni obligatione, ex qua certum petitur.

Periculum nominum ad eum, cuius culpa deterius

factum probari potest, pertinet.

Si is cum quo agetur, conditione delata iurauerit,  
oneribus actionum se liberabit.

Non debet alij nocere, quod inter alios actū est.

Is à quo ius iurandum petetur, soluere aut iurare  
coendum est, nisi malit ius iurandum referre,

Dolus aut contumacia non restituentis punitur,  
quanti in litem iurauerit actor.

Si ob rem non in honestam data sit pecunia, causa  
seuta, repetitio cessat.

Donatio ob causam facta, causa non seuta, potest  
repeti condicione.

Ex ea stipulatione, quae per uim extorta est, si ex  
acta esset pecunia, repetitionem esse constat.

Quod indebitum per errorem soluitur, aut ip=  
sum, aut tantundem repetitur.

Is qui plus quam debet, per errorem creditoris ca  
uerit, indebiti promissi habet condicitionem.

Qui ob re non defensam soluerit (quamvis postea  
defendere paratus est) non repetet, quod soluit.

Repetitio nulla est ab eo, qui suū recipit, tametsi  
ab alio quam à uero debitore, solutum est.

Quod quis scens indebitum dedit hac mente, ut  
postea repeteret, repetrere non potest.

Ex omnibus causis que iure non valuerunt, uel  
non habuerunt effectum, seuta per errorē soluti=

one, condicione locus erit.

Quod alterius apud alterum sine causa deprehenditur, reuocari consuevit.

Duobus idem debitum soluentibus, ultimo soluente repetitio conceditur.

Qui sine causa obligantur, inerti condicione consequi possunt, ut liberentur.

### EX LIBRO XIII.

In re furtiva soli domino condicō competit, in eum qui fecit, aut heredem eius.

Neg; furti actio per condicōnem, neq; condicō per furti actionem consumitur.

Furtum fit, cum quis indebitum sciens acceperit.

Qui promisit aliquid certo loco, si in eo non repe riatur, potest ubiq; conueniri.

Petitor electionem habet, ubi petat, reus ubi soluat, sed ante petitionem.

Qui certo loco dare promittit, nullo alio loco, q; in quo promisit, soluere in iusto stipulatore potest.

Qui pecuniam debitam constituit, creditori obligatus tenebitur.

Si quis plus debito constitutus se soluturum, in quantitatē debiti tantummodo tenetur.

Vbi quis pro alio constituit se soluturum, adhuc is pro quo constituit, obligatus manet.

In quibus contractibus tam dantis quam accipien-  
tis utilitas uertitur, & dolus & culpa præstatur.

Qui rem commodatam accepit, si culpa fecit dete-  
riorem, tenebitur ad præstandum quod interest.

Ad eum ad quem res non pertinet, commodū non  
spectabit.

Voluntatis est suscipere mandatum, ne cessitatis  
est consummare.

In rebus commodatis non præstantur casus, quibus  
resisti non potest.

Impensæ naturali ratione ad eum pertinent, qui  
utendum aliquid accepit.

Ad eos qui seruandū aliquid conduant, aut uten-  
dum accipiunt, damnum iniuria ab alio datum non  
pertinet.

Si qua pecunia sua die soluta non erit, statim con-  
petit pacti conuentio.

Aliena res potest domino uolente, uel ratum ha-  
bente, pignori obligari.

Dispiciendum à iudice, ut neq; onerosus creditor  
audiatur, neq; delicatus debitor.

Soluta pecunia, creditor possessionem pignoris,  
que corporalis apud eum fuit, restituere debet.

#### EX LIBRO XIV.

Lex Rhodia. Leuandæ nauis gratia iactus meret

um factus, omnium contributione farari debet.

Aequissimum est, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum cōsecuti sunt, ut merces suas salvas haberent.

Res leuandae nauis gratia projecta, domini manet, nec sit apprehendentis: quia pro derelicto non habetur.

Consuetudo, cui lex nō aduersatur, potest seruari.

Casus superueniens exasfat à precedente culpa,  
et difficultas superueniens exasfat à pena.

Sicut commoda sentimus ex contractu institorum,  
ita etiam obligamur ex contractibus ipsorum et conuenimur.

Si conditio præpositionis institoris non seruatur,  
dominus non tenetur, nisi possit uariatio imputari.

Quod quisq; in re communi præstiterit, eius partem societatis iure consequetur.

Si quis denūciauerit, ne seruo à se præposito creditatur, exceptionem habebit.

Institor non obligat dominum, nisi in id, ad quod est præpositus.

Merx peculiaris, etiam si nihil sit in peculio serui, dominū tributoria obligat, si sciente eo negotiabitur.

Qui contraxit cum eo, qui in aliena potestate fuit, in quantum ex bono et aequo res patitur, suum consequatur.

Senatus

Senatusconsultum Macedonianum. Ei qui filios familiis mutuā pecunia inuitio patre dedit, etiam post mortem parentis eius, cuius in potestate fuit, actio petitioq; negatur.

Communis opinio quem excusat: & præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur.

### EX LIBRO XV.

Si quod negotium cum eo, qui in alterius potestate est, gestum erit, in eum, cuius in potestate fuit, de peculio actionem dabo.

Peculium, deducto quod domino debetur, compuntandum est, quia præuenisse dominus, & cum seruo suo egisse creditur.

De peculio non deducatur, quod aliunde quis conse qui potest alia actione.

Emptor ex dolo uendoris nō tenebitur, nec heres uel alius successor, nisi in id quod ad eum peruenit.

Iniquum est, in plures aduersarios distringi eum, qui cum uno contraxit.

Is qui semel de peculio egit, rursus aucto peculio de residuo debiti agere potest.

Si q̄s cū filiofamilias contraxerit, duos habet debito res, filiū in solidū, & patrē duntaxat de peculio.

Si hi qui in potestate sunt aliena, nihil in peculio habeat, in solidum tamen tenentur, qui eos habent

in potestate; si in rem eorum, quod acceptum est,  
conuersum sit.

Si plures eandem rem petant, melior est conditio  
occupantis.

Ex iusſu domini uel patris, in solidum aduersus  
eum iudicium datur, nam quodammodo cum eo contra  
himus, qui iubet.

Qui mandatum, antequam contractum eſſet, con  
traria uoluntate revocauit, non tenebitur.

Actio que ab initio inutilis fuit, euentu non con  
firmatur.

## EX LIBRO XVI.

Senatusconsultū Velleianum. Quod ad fideiuſſio  
nes & mutuātiones pro alijs, pro quibus intr=  
ceſſerūt foemine, pertinet, nec eo nomine ab his peti  
tio fiat, neq; in eas actio detur.

Pupillus sine tutoris authoritate non obligatur, niſi  
locupletior factus sit ex contractu.

Ea que in fraudem legum excogitata probari  
poſſunt, rata haberi non oportet.

Vnusquiq; creditore ſuum, eundemq; debitorem  
petentem submouet, ſi paratus eſt compensare.

Quaecunq; per exceptionem perimi poſſunt, in  
compensatione non ueniunt.

Debitor ſi pecuniam alij atra uoluntatem credito

ris soluerit, obligatio pristina manebit.

Quod neq; tumulus, neq; incendij, neq; ruinæ, neq; naufragij causa depositum sit, in simplum: earum autem rerum, quæ suprà comprehensæ sunt, in duplex iudicium dabo.

Contractus legem ex cōventione, quæ non est contra bonam fidem, contraq; bonos mores, accipiunt.

Si res deposita deterior redditur, quasi non reddeatur agi depositi potest.

Si quis se deposito obtulit, periculo se depositi alligavit, non tamen præstabit fortuitos casus.

In re aliena intempestive misericordiam exercere dolo proximum est.

Non conuenit bonæ fidei, abnegare id, quod quis accepit, sed debet reddere ei, à quo accepit.

Aequum est naturalem depositæ rei interitum ad deponentem pertinere.

Si sine dolo malo rem depositā amiseris, depositi non teneris: si tamen ad te iterū peruenierit, teneris.

Bona fides quæ in contractibus exigitur, æquitatē summam desiderat.

## EX LIBRO XVII.

Obligatio mandati consensu contrahētum consistit,  
Mandatum autem nisi gratuitum, nullum est.

Nemo ex consilio obligatur, etiamsi non expedit.

*ei, cui datur.*

*Vnius cuiusq; contractus & initium spectandū est;  
& causa.*

*Mandati actio tunc competit, cum cooperit inter-  
esse eius qui mandauit: si nihil interest, cessat man-  
dati actio.*

*Eum qui mandatum suscepit, neq; lucrum neg; dā-  
num ex mandato sentire oportet.*

*Rei turpis nullum est mandatum neq; societas.*

*Sicut liberum est mandatum non suscipere, ita su-  
ceptū consummari oportet, nisi renuntiatum sit.*

*Damna casu fortuito occurrentia, domino procur-  
ator non imputabit.*

*Dolus est, si quis, cū posset, nolit facere id, ad quod  
scit se teneri.*

*Sūptus bona fide necessariō factos (et si negotio fi-  
nē adhibere procurator nō potuit) restitui neceſſe est.*

*Non oportet eum qui arti hominis fidem elegit,  
ob errorem aut imperitiam hæredum affici damno.*

*Societas, si dolo malo, aut fraudandi causa coita  
sit, ipso iure nullius momenti est.*

*Societas intēpestiuā renuntiatio, ipso iure in aſſe-  
mationem uenit.*

*Omne aſ alienū, quod manente ſocietate contra-  
etur est, de communī ſoluendum eſt.*

*Iudex proſpicere debet cautionibus in futurū, ubi-*

cung; æquitas suadet.

In iudicijs bonæ fidei et dolus et culpa præstature  
damna autem quæ imprudentibus accidunt, non præ  
stantur.

Damna et lucra contemplatione societatis obue-  
nientia, sunt communicanda.

Inter socios in uicem agentes nō est melior conditio  
occupantis.

Hoc quoq; facere posse quisq; uidetur, quod dolo  
ferat, quo minus poscit: nec enim æquum est, dolum  
suum quenq; releuare.

Quod quisq; nō propter societatem, sed propter  
suam partem acquisierit, communicare non tenetur.

Nemo ex socijs plus parte sua potest alienare, ET  
si totorum bonorum socij sint.

Iure societatis per socium ære alieno socius nō ob  
ligatur, nisi in communem arcam pecuniae uersæ sint.

### EX LIBRO XVIII.

Sine preçio uenditio nulla est: non autem preçis  
numeratio, sed conuentio perficit sine scriptis habi-  
tam emptionem.

In emptis et uenditis, potius id quod actum, quā  
quod dictum fuit, sequendum est.

Conditionales uenditiones tunc perficiuntur, cum  
impleta fuerit conditio, si conditio defecerit, uendi-

tio nulla est.

Si uenditur dubius euentus, consilii uenditio, licet nihil sequatur.

In uenditionibus & emptionibus consensu debere intercedere palam est.

Obscuritas pacti novere potius debet uenditori, qui id dixerit, quam emptori, quia potuit re integra apertius dicere.

Ex uenditione in emptorem dominum non transit, nisi preium nobis sit solutum, aut etiam fidem habuerimus emptori sine illa satisfactione.

Dolus malus non tantum in eo est, qui aliquid fallendi causa obscurare loquitur, sed etiam, qui infidiose obscure dissimulat.

Non licet ex officio, quod administrat quis, emere quid, uel per se, uel per aliam personam.

Iura realia accedunt rei, sine illa expreßione.

Licet uendori, meliore glata conditione addicere posteriori, nisi prior paratus sit plus adjicare.

Si sine culpa desit possidere uendor, actiones suas prestare debet, non rem nec estimationem.

Emptio & uenditio, sicut consensu contrahitur, ita contrario consensu resolutur, antequam res fuerit secuta.

Id quod post emptionem fundo accessit per allusionem, uel perijt, ad emptoris commodum incommodumque pertinet.

Perfecta emptione periculum ad emptorem respicit  
nisi aliud contineisset.

Si res uendita non traditur, neq; emptor in mora  
sit, quo minus tradatur, uendoris periculum erit.

### EX LIBRO XIX.

Non uidetur esse alatus, qui sat, nec certiorari  
debuit, qui non ignorauit.

Ratio possessionis, quæ à uenditore fieri debet,  
talis est, ut si quis eam possessionē iure auocauerit,  
tradita possessio non intelligatur.

Nihil magis bonæ fidei congruit, quā id præstari,  
quod inter contrahentes actum est.

Cum in corpore consentimus, de qualitate autem  
dissentimus, emptio non est, nisi uendor præstet, quod  
interfuit emptoris, se deceptum non fuisse.

Ab eo, qui ex re mea factus est loapletior, possū  
condicere, et ipse à me quod expendit, repetit.

Sicut æquum est, bonæ fidei emptori alterius do-  
lum non nocere, ita non est æquum, eidem personæ  
uendoris si dolum prodeſſe.

Precij sorte, licet post moram soluta, usuræ peti  
non possumt.

Prospicere debet conductor, ne aliquod rei ius uel  
corpus detriuiat uel fieri patiatur.

Prætextu minoris pensionis locatione facta, si nul-

lus dolus aduersarij probari posset, rescindi locatio  
non potest.

Quod cōmittitur alterius arbitrio, perinde habe  
tur, ac si uero boni arbitrium comprehensum esset.

Si emptor repellit conductorem, uendor tenetur  
ei ad interese.

Sera est patientia fruendi, quae offertur eo tempore,  
quo frui colonus alijs rebus illigatus non potest.

In operis duobus simul locatis, conuenit priori  
conductor i antē satisfieri.

Qui operas suas locavit, totius temporis mercēdē  
accipere debet, si per eum non fieri, quo minus  
operas præstaret.

Qui mercēdem accepit pro custodia alicuius rei, is  
eius periculum pro custodia præstat.

In conducto fundo, si conductor sua opera alicui  
necessario uel utiliter auxerit uel edificauerit, potest  
a domino repetere.

Qui contra legem cōductionis fundū ante tempus  
sine iusta ac probabili causa deseruerit, ad soluendas  
totius temporis pensiones conueniri potest.

## EX LIBRO XX.

In conditionalī obligatione non alias obligamur,  
nisi conditio extiterit.

Obligatione generali rerum ea non continebuntur,  
que uerū

qua verisimile est, quenquam specialiter obligaturum non fuisse.

Quod emptionem uenditionemque recipit, etiam pignorationem potest recipere.

Ex quibus casibus naturalis obligatio consistit, pignus perseverare constat.

Qui pignori plures res accepit, non cogitur unam liberare, nisi accepto uniuerso, quantum debetur.

Quicquid commodi siue incommodi fortuitu pignori accessit, id ad debitorem pertinet.

Quod amplius debito consequatus creditor fuerit, debitori restituere debet.

Cum uitiose uel iniutiliter contractus pignoris intercedit, retentioni locus non est.

Inuicta in domum conductam, sunt tamen obligata pro pensione.

Ius quod quis ex sua persona non habet, hoc saepe per extraneum habere potest.

Qui a debitore praedium obligatum comparauit, etenim tuendus est, quatenus ad priorem creditorē ex precio pecunia peruenit.

In pari causa, qui prior est tempore, potior est in iure.

Cum soluendae pecuniae dies pacto confertur, conueniente uidetur, ne prius uendendi pignoris potestas exercetur.

EX LIBRO XXI.

Remittētibus actiones suas nō est regressus dādus  
Iudicium redhibitoriae actionis utrumq; et empto  
rem & uendorē, quodammodo in integrum re  
stituere debet.

Venditor pignoris loco, quod uendidit, retinet,  
quoad emptor satisfaciat.

Quod emptioni acedit, partem esse uenditionis,  
prudentibus uisum est,

Aedilicium edictum. Qui iumenta uendunt, palā  
ac recte dicanto quid in unoquoq; eorum morbi uī  
cijue sit: si contrā dictum promissumue sit, iudicium  
dabimus, ut id iumentum redhibeatur.

Ne quis nocens animal, quā vulgo iter fiet, ita ha  
buisse uelit, ut aiquā nocere damnum dare posse.  
Si aduersus ea factum erit, quanti bonū & equum  
iudicū uidebitur, condemnetur.

Sive tota res euincatur, sive pars, habet regresū  
emptor ad uendorē.

Consuetudinem eius regionis in qua negotium ge  
stum est, inspicere oportet.

Qui constituit seruitutem in re aliena, personali  
ter obligatur euictionis nomine.

Qui alienam rem uendidit, post longi temporis  
præscriptionem uel usucaptionem, definit emptori de

enictione teneri.

Si plus uel minus q̄ precij nomine datū est, enictiō seuta dari conuenerit, placitum custodiendū est.

Si quis rei emptae nondum autē traditae, possessiōnem sine uitio fuerit nactus, habet exceptionem contra uenditionem.

## EX LIBRO XXII.

Bonæ fidei iudicium non recipit præstationes, quæ contra bonos mores desiderantur.

Usuræ non propter lucrum petentiū, sed propter morā non soluentium infliguntur.

Non omne quod differendi causa optima ratione fit, moræ & innumerandum, si modò idipsum non fraudandi causa simuletur.

In bonæ fidei cōtractibus ex mora usuræ debetur  
Paratus iudicium accipere, si ab aduersario cœssatum est, moram facere non uidetur.

Confessio non mutat ueritatem, nec nocet quo minus posset contrarium probari.

Ei inambit probatio, qui diūt, non qui negat: nisi in exceptionibus, ubi reum partibus actoris fungi oportet.

In omnibus decisionibus licet ei, cui onus probatio incubit, aduersario suo de rei ueritate iusuerandum inferre, prius ipso pro calumnia iurante.

Calumpniosam scripturam uim in iudicio obtinere  
non conuenit.

In testimonij fides, dignitas, mores, grauitas exami-  
nanda est: & ideo testes, qui aduersus fidem testatio-  
nis suae uacillant, audiendi non sunt.

Non ad unam probationis speciem cognitio statim  
alligari debet, sed existimare oportet, quid aut cre-  
dendum, aut parum probatum uideatur.

Idonei non uidentur esse testes, quibus imperari  
poteſt, ut testes fiant.

Ad multitudinem testimoniū respiciā non oportet, sed  
ad sinceram testimoniorum fidem, & testimonia quæ  
uero proximiōra uidebuntur.

Iniquissimum uidetur, cuiquam scientiam alterius,  
quām suā nocere, uel ignorantia alterius prodefēre.

Luris ignorantia nocet, facti uero ignorantia non  
nocet, niſi aliqui summa negligentia obiciatur.

### EX LIBRO XXIII.

Sponsalia sicut nuptiæ, cōſensu contrahentū fiunt,  
& ideo consistere non poſſunt, niſi consentiant om-  
nes, id est qui contrahunt, quorūq; in potestate ſunt.

Cum aliqua prohibetur, uidentur prohibita om-  
nia, per quæ peruenitur ad illud.

Non uiciatur matrimonium, licet perueniat ad eū  
casum, à quo incipere non poſteſt.

Quæ sita dignitas liberis propter crimen patriæ  
aufferenda non est.

Si quis ex his, quas moribus prohibemur uxores  
ducere, duxerit, inæstimatur committere.

Semper in coniunctionibus non solum quid licet  
considerandum est, sed et quod honestum est.

Non aboletur turpitudo quæ postea intermissa est

Quod fit contra prohibitionem legis, ipso iure  
non ualeat.

Palam delinquentes, ut errantes maiore poena ex  
causantur: clā committentes, ut contumacæ plectuntur.

Afflictus in uno, relevandus est in altero, ne affli  
ctio addatur afflictio.

Bono et æquo non conuenit, lucrari aliquē cum  
dāno alterius, aut dāmnu sentire per alterius lucru.

Ibi dos ejſe debet, ubi onera matrimonij sunt.

#### EX LIBRO XXIIII.

Moribus receptum est, ne inter virū et uxorem  
donatio ualeret.

Si mandato creditoris debitor alij soluerit, credito  
ri solutum uidetur.

Vendor siue donator non sibi legem uolunt im  
ponere, nec possunt, sed ei qui accepit.

In his quæ retro nō trahuntur, nō inspicitur tem  
pus contractus, sed existentis conditionis.

Inter virum & uxorem mortis causa donationes  
receptae sunt, sed res non sunt eius cui donatae sunt,  
nisi morte secura.

Donec certum est, maritum uiuere in captivitate  
constitutum, nullam habet licentia uxor eius ad ali  
ud migrare matrimonium.

Quod in sementem erogatur, si non responderint  
meenses, ex vindemia ducatur, quia totius anni unus  
fructus est.

Beneficium personale, cum persona extinguitur,  
nec transit ad heredem.

Si pendente iudicio expirat ius agentis, expirat si=mul iudicium.

Rei iudiciale tempus spectatur, quatenus aliquis  
faere potest.

Nihil tam humanum est, quam fortis casibus mu=lieris maritum, uel uxorem viri participem esse.

Non uidetur contradicere, qui iustum causam con=tradicendi non habet.

Ea lege, quam iniuciem accusantes contempserunt,  
neuter vindictur: paria enim delicta mutua pensati=one disoluuntur.

In negotijs alienis consilium est, illius uoluntatem  
exquirere, ut gestor se a periculo exoneret.

Si quis per errorē promisit plus debito, non potest  
exigere ultra debitum.

EX LIBRO XXV.

Impensa quæ in res dotales necessariò sunt factæ,  
dotem diminuunt.

In honorē matrimonij turpis actio aduersus uxō  
rem negatur.

Qui soluit, quod debet, non prohibetur petere;  
quod sibi debetur.

Non æquum est, in uitum suo preio res suas uen-  
dere.

Seruus in fauoribus domino dicto audiens esse  
non debet.

In actione ex maleficio, non est locus beneficio ne  
quis condemnetur nisi in quantum facere potest.

Iure gentium res condicione possunt ab his, qui non  
ex iusta causa possident.

Necare uidetur nō tantū is, qui partum præficat,  
sed et is, qui abiicit et alimoniam denegat, et qui  
publicas locis misericordie causa exponit, quam ipse  
non habet.

Sicut alendi sunt à parentibus liberi, ita uice mu-  
tua alere parentes debent: iniquum est enim patrē  
egere, cum filius sit in facultatibus.

In rebus dubijs præsumitur id quod melius est, ni-  
si contrarium probetur.

## EX LIBRO XXVI.

Si nemo hæreditatem adierit, nihil ualeat ex his,  
quæ testamento scripta sunt.

Certarum rerum uel causarum testamēto tutor dā  
ri non potest, nec deductis rebus.

Legitima tutela testamentariæ semper cedit.

Intestate parente mortuo agnatis defertur tutela: si  
plures sint agnati, proximus tutelam nanascatur.

Cum quid una uia prohibetur, alia nō debet esse  
permissum.

Neq; facultates, neq; dignitas, ita sufficiens est ad  
fidem, ut bona electio, et benigni mores.

Si tutor cœssauerit in distractione earum rerum,  
quæ tempore depereunt, suum periculum facit.

Quotiescūq; non sit nomine pupilli, quod qui vis  
paterfamilias idoneus faceret, non uidetur defendi.

Quæ bona fide à tutori gesta sunt, rata habentur.

Tutoris p̄cipuum est officium, ne indeſenſum pu  
pillum relinquit.

Priuilegium militum ad alienam iniuriā porrige  
non oportet.

In rem suam tutor authoritatem accommodare  
non potest.

Pupillus ex contractu sine tutoris autoritate ob  
ligari non potest, acquirere autem potest.

Dolus tutorum pupillo neq; nocere, neq; prodeſſe  
debet. S:uspecti

Suspecti tutoris accusatio quasi publica est, et om  
nibus patet.

Si qua iusta causa suspectus tutor fuerit, debet à  
tutela remoueri.

### EX LIBRO XXVII.

Quoties ex uerbis legis simpliciter intellectis ree  
sultat iniquitas, tunc à uerbis receditur, et mens  
scrutatur.

Qui recusat onus quod testator reliquit, et ab eo  
quod petit, quodq; idem dedit, repellere debet.

Non est permittendum tutori, tantum reputare  
quantum dedit, si plus & quo dederit.

De omnibus quae tutor fecit, cum facere non debez  
ret, item de his, quae non fecit, rationem reddet, præ  
stanto dolum & culpam, et quantum in suis rebus  
diligentiam.

Officio tutoris inambit, etiam rationes actus sui  
confidere, et pupillo reddere.

Nulla est societas malefidorum, uel iusta commun  
satio damni ex maleficio.

Sufficiat tutori bene et diligenter negotia gestisse, et si  
eventum aduersum habuerit, quod gestum est.

Quae per defunctum inchoata sunt, per haeredem  
(si legitime etatis sit) explicari debent.

Res eorum qui sub tutela sunt, sine decreto non sunt

alienandæ, uel pignori obligandæ.

Qui aliud fecit, quam quod à prætore decretum est, nihil egit.

Decretum antecessoris potest reuocare successor.

### EX LIBRO XXVIII.

In eo qui testatur, eius temporis quo testamentū fācit, integritas mētis, nō corporis sanitas exigenda est.

Nullæ sunt tabulae testamenti, quas is fecit, qui testamenti faciendi facultatem non habuit.

Qui non potest esse testis in iudicio, non potest esse testis in testamento.

Si quid post factum testamentum mutari placuit, omnia ex integro facienda sunt.

Si quis ex suis hæredibus suis hæres esse desierit, liberi eius & cæteri in locum suorum sui hæredes succedunt.

Filio qui in potestate patris est, præterito, testamentum nullius est momenti.

Prius testamentum rumpitur, cum posterius rite perfectum est.

Quæ iure gesta sunt, non constituentur irrita.

Testamentorum iura ipsa per se firma esse oportet, non ex alieno arbitrio pendere.

Nemo ex alterius facto, neq; hæreditati alligari, neq; ex hæredari potest.

Calumniæ facultatem ex principali maiestate capi  
non oportet.

Conditiones quæ contra leges, aut contra bonos  
mores inseruntur, remittendæ sunt.

Facta quæ lœdunt pietatem, & contra bonos mo-  
res fiunt, nec facere nos posse, credendum est.

### EX LIBRO XXIX.

Quo ang; modo factum sit testamētū, nouissima  
uoluntate rescinditur.

Qui totam hæreditatem acquirere potest, is pro  
parte eam sāndendo adire non potest.

Quandiu prior hæres institutus hæreditatem adi-  
re potest, substitutus non potest.

Hæreditatem obligare nos æri alieno, etiam si non  
sit soluendo, plus quam manifestum est.

Is qui hæres institutus est, uel cui legitima hæredi-  
tas delata est, repudiatione hæreditatem amittit.

Qui aliquid facit tanquam hæres, oneribus hære-  
darijs est obligatus.

Non expectatur conditio, cuius euentus nihil ope-  
ratur.

Qui semel ex aliqua parte hæres extitit, deficien-  
tium partis etiam iniuitus accipit.

Necessarijs hæredibus abstinendi ab hæreditate po-  
testas datur.

Ius substitutionis non transfertur ad hæredes.  
Publicæ expedit supra[m]a hominū iudicia exitum  
habere.

Iniquum est, d[amno]sum cuiq[ue] esse officium suum.  
Dolo malo fecisse uidetur, quo minus possideat,  
qui ad alium transfluit possessionem per fraudem.

### EX LIBRO XXX.

Si duobus coniunctim res legata sit, quamvis alter  
in rerū naturā nō fuerit, alteri sola pars debebitur.

In legato pluribus relicto, si partes adiectæ non  
sunt, æque seruantur.

Quod ab initio viribus non consistit, ex postfacto  
non conualeſcat.

Legatum in aliena uoluntate pon[i] potest, in hæ-  
redis non potest.

Nemo potest in testamento suo auere, ne leges in  
suo testamento locum habeant.

Captivitatis scripturæ simili modo, nec in hæredis  
statibus, nec in legatis ualent.

Legatario mortuo antequam conditio existat, lega-  
tum extinguitur.

Rem legatā eo loco præstare hæres debet, in quo  
a testatore est relicta.

Si hæres moram fecerit, periaulum rei legatee ad  
ipsum spectabit.

Quæ contra nūm legum et authoritatem iuris in  
testamento scribuntur, nullius sunt momenti.

In eptæ voluntates defunctorum circa sepulturam,  
pro nullis habentur.

Quoties est prohibitum aliquid, consensu eorum  
in quorum fauorem prohibitum est, efficiatur iuratim.

### EX LIBRO XXXI.

Si quis plus legauerit, quam inueniri posset, non  
extinguitur legatum, sed hoc tantummodo præstatur,  
quod inuenitur.

Si quid fundo nominatim legato post testamentum  
factum adiectum sit, id quoq; legato cedit.

Permissum ad tempus, post tempus uidetur esse  
prohibitum.

Si pecunia legata in bonis legantis non sit, sed uen  
do tamen hæreditas sit, hæres pecuniam legatam da  
re compellitur.

Omnia que testamētis sine die uel cōditione ascri  
buntur, ex die aditæ hæreditatis præstantur.

Species nominatim legatæ si non reperiuntur, nec  
dolo hæredis deesse probentur, pēti ex eodem testa  
mento non possunt.

Non oportet prius de conditione cuiusquam queri:  
quam hæreditas legatumue ad eum pertineat.

Non cogitur hæres redimere, quod testator suum

existimans reliquit.

Non in totum falso uidetur, quod ueritatis pri  
mordio adiuuatur.

Legatum ita dominium rei legatarij facit, ut hære  
ditas heredis res singulas.

### EX LIBRO XXXII.

Non refert quid ex æquipollentibus fiat, nam et  
satisfactio pro solutione est.

Cum per fideicommissum quid relinquitur, præ-  
standum ipsum quod relictum est, cum uero ipsum  
præstari non potest, æstimatio est præstanta.

Nemo eam sibi legem potest dicere, ut à priore ei  
recedere non licet.

Cum in uerbis nulla est ambiguitas, non debet  
admitti voluntatis quæstio.

Non uidetur dedisse, qui ita dedit, ut haberi non  
possit.

Vbi uerba legati sunt ambiguæ, causa legati est in  
spicenda.

Ex duobus fideicommissarijs unus potest partem  
dimidiæ legati petere, quāvis alter prosequi nolit.

Non aliter à significatione uerborum recedi oportet,  
q̄ cum manifestum est, aliud sensisse testatorem.

Quæ talis naturæ sunt, ut saepius in sua possint  
redigere initia, ea materie potentia uicta, nunquā ui-

res eius effugunt.

Rebus quæ in fundo sunt, legatis, accidunt etiam ea, quæ tunc non sunt, si esse solebant.

### EX LIBRO XXXIII.

Si conditio deficiat per mortem eius, in cuius personam conservatur, non extinguitur legatum.

Alienatio hereditatis non extinguit legatum præstandum ex redditu certæ rei.

In obligationibus faciendi, quando desit posse fieri, petitur id quod interest.

Cautionis præstâda necessitas solutionē moratur, non indebitum facit, quod fuit debitum.

Si conditio pro parte est possibilis, sufficiat si ei presentetur in eo, quod possibile est.

Optione legata, placet non posse ante aditam hereditatem optari, ex nihil agi si optetur.

Quæ accessionis locum obtinent, extinguuntur, cum principales res peremptæ fuerint.

Quod liquidæ materiæ est, rapit secum in accessionis locum id, sine quo esse non potest.

Legata supellecile, cum species ex abundanti imperitiū enumerātur, generali legato nō derogatur.

### EX LIBRO XXXIV.

Legatum durrare non existimatur, cum id quod

testamento dabatur, in sua specie non permanerit.

Acessio rei, quæ ornandi causa fuerit exhibita,  
redit principali.

Omnibus debtoribus etiam ea quæ debent, recte  
leguntur, licet domini eorum sint.

Is qui reddere rationes iussus est, non uidetur satis  
facere, si reliquum reddat, non editis rationibus.

Ambulatoria est uoluntas defuncti, usq; ad uitæ  
suprænum exitum.

Nihil prohibet priorem scripturam posteriore  
corrigerem, commutare, rescindere.

Rem legatam si testator ulius alij donauit, omni-  
modo extinguitur legatum.

In ambiguis rebus humaniorem sententiam sequi  
oportet.

Semper in dubijs id agendum est, ut quam tutissimo  
loco res sit bona fide contracta, nisi cum aperte con-  
tra leges scriptum est.

Qui post mortem defuncti ingratitudinis causam  
committit, perdit legatum.

#### EX LIBRO XXXV.

Impossibiles conditiones testamento ascriptæ, pro  
nullis habentur.

Falsa demonstratio non uiciat legatum, si de cor-  
pore constat.

Legato

Legata sub conditione relicta non statim, sed cum  
conditio extiterit, deberi inap iunt.

Falsam causam legato non obesse uerius est, quia  
ratio legandi legato non cohæret.

Quod in fraudem legis ad impediendas nuptias  
scriptum est, nullam tam habet.

In alternatiis suffiat alterum impleri.

Pro impleta habetur conditio, cum per eum stat,  
qui si impleta esset, debiturus erat.

Si prius pure, deinde sub conditione legatum est,  
posteriorius ualeat: si contraria, præsens debetur.

In conditionibus testamentorū uoluntatem potius,  
quam uerba considerari oportet.

Lex Falidia. Qui ciues romanī sunt, qui eorū  
post hanc legem rogatam testamentum facere uoleat,  
ut eam pecuniam, easq; res, quibusq; dare legare  
uoleat, ius potestasq; esto.

Precia rerum non ex affectu, nec utilitate singulo  
rum, sed communiter funguntur.

Legata non debentur, nisi deducto ære alieno pa-  
trimonij uires sufficiant.

### EX LIBRO XXXVI.

Senatus consultum Trebellianum. Aequissimum  
est in omnibus fideicōmissarijs hæreditatibus, si qua  
de his bonis iudicia penderent, ex his eos subire, in

quos ius fructusq; transferretur, potius quam culq;  
periculosa eſe fidem suam.

Neminem oportet plus legati nomine p̄fſtare, q;  
ad eum ex hæreditate peruenit.

Qui in distrahabendis conseruandisue rebus hæredi-  
tarijs sumptus factus est, imputari hæredi debet.

Conditiones quæ nō sunt in potestate hæredis, ad  
officium p̄etoris non pertinent.

Si post diem legati cedentem legatarius decesserit,  
ad hæredem suum transfert legatum.

Si sub conditione fit legatum relictum, non prius  
dies legati cedit, quam conditio fuerit impleta.

Pro impleta habetur conditio, quæ per legatarium  
non stat, quo minus impleatur.

Iniquum est maiorem partem legatarijs soluere  
hæredes, quam cuius habent emolummentum.

#### EX LIBRO XXXVII.

Contra ipsum testamentum liberis competit bo-  
norum possessio.

Sub conditione ex hæredatus contra tabulas bono-  
rum possessionem petet, licet sub conditione hæres  
institutus à contra tabulas bonorum possessione ex-  
cludatur.

Cum ueter mittitur in possessionē, quod in uenitris  
alimenta deminutū est, detrahitur, uelut æs alienū.

Non debet deterioris esse conditionis nepos, quia pater eius exhaeredatus sit, cum etiam ei praeterito bonorum possessionem prestatari oporteat.

Carbonianum edictum. Si cui controuersia fiet, an inter liberos sit, et impubes sit, causa cognita per inde possessio datur, ac si nulla de ea re controuersia esset, et iudicium in tempus pubertatis differtur.

No debet aduersus pupilos obseruari, quod pro ipsis excoxitatum est, et pendere status eorum, cum iam posse indubitatus esse.

Pro qua quisq; parte haeres scriptus est, pro ea accipiet bonorum possessionem, sic tamen, ut si non sit, qui ei concurrat, habeat solus possessionem.

Omnis posthumus, qui moriente testatore in utero fuit, si natus sit, honorū possessionem petere potest.

### EX LIBRO XXXVIII.

Vnusquisq; quod spondit, suo impendio dare debet, quam diu id quod debet, in rerum natura est.

Absurdum est credere, alio die deberi officium, quam quo is uoleat, cui præstandum est.

Qui personam arbitrio substituunt, quia sperant eam recte arbitraturam, id faciunt, non quia immo dīe obligari uolunt.

Absurdum uidetur, licere eisdem partim comprebare iudicium defuncti, partim euertere.

Ei qui alio iure uenit, quam eo quod amisit, non  
noet id quod perdidit, sed prodest quod habet.

Quamdiu spes est suum haeredem aliquem defun-  
cto existere, tamdiu consanguineis locus non est.

Eos qui affinitatis causa inter se parentum loco  
liberorumque habetur, matrimonio copulari nefas est.

Si ex pluribus legitimis haeredibus quidam omis-  
serint haereditatem, reliquis qui adierint, accrescat illo  
rum portio.

Matri intestatae hereditas ad ones eius liberos  
pertinet, etiam si ex diuersis matrimonij fuerint nati.

### EX LIBRO XXXIX

Nouum opus per nunciationem inhibetur, sed re-  
mittitur prohibitio, si prohibendi ius is, qui nuncia-  
set, non habuit.

Si quis post nouum opus nunciatum edificauerit,  
destruere compelletur; sed si satisdederit, impune  
edificabit.

Qui damni infecti aueri sibi postulat, prius de-  
calumnia jurare debet.

Si cui aqua pluvia damnum dabit, aquae pluviae  
arcenda actione auertetur aqua.

Prodeesse sibi unusquisque, dum alij non noeat, non  
prohibetur.

Nemo cogi potest, ut viatio prospicit, sed ne noeat,

aut interpellat id facientem, quod iure facere potest.

Iniquum est uoluntatem unius dominii in re com-  
muni præiudicium sociis facere.

Propter priuatorum commodum, non debet com-  
muni utilitati præiudicari.

Quod illate exactum est, cum altero tanto passis  
iniuriam excoluitur; per vim uero extortum, cum  
poena tripli restituatur.

Poenæ ab hæredibus peti non possunt, si non est  
quæstio mota viuo eo, qui deliquit.

Multum interest causa donandi fuerit, an cōditio,  
si causa fuit, cessat repetitio, si conditio, repetitioni  
locus erit.

Mortis causa donatio, etiam dum pendet, an con-  
ualescere posse donator, reuocari potest.

#### EX LIBRO XL.

Causæ probationi contradicendum, non etiam cui  
sa iam probata retractanda est.

Legatarius non cogitur subire onus à testatore inci-  
unctum, nisi soluto legato.

Cū ex presumptione libertas præstata esse uidetur  
hæredis est contraria uoluntatem testoris probare.

Cum libertas lege admittitur, pro non data haberi  
debet.

Cum hæreditas soluendo non est quamvis hæres

Iocuples existat) libertas ex testamento non cōpetit.

Qui in fraudem creditorum manumittitur, liber esse prohibetur.

Cui neœfitas probandi de ingenuitate sua non in cumbit, ultiro si ipse probare desideret, audiēdus est.

De statu defunctorum post quinquennium quære re non licet.

#### EX LIBRO XLI.

Quod nullius est, id ratione naturali occupantis conceditur, si custodiā eius euaserit, disuit eius esse, & fit alterius occupantis.

Quod per allusionē agro nostro flumen adiecit, iure gentium nobis acquiritur.

Materiæ duorum dominorum confusæ, commune totum corpus efficiunt.

Si quis in alieno solo sua materia ædificauerit, illius fit ædificium, cuius et solum est.

Traditio nihil amplius træferre debet, uel potest, ad eum qui acepit, quān est apud eum, qui tradit.

Si quis ui de possessione deiectus sit, perinde haberi debet, ac si possideret.

Non uidetur possessionem adeptus is, qui ita natus est, ut eam retinere non possit.

Res quæ sub conditione debentur, non aliter accipi entis fiunt, quān si conditio extiterit.

Rerum mobilium neglecta atq; dimissa custodia,  
ueteris possessionis damnum afferre consueuit.

Vbi lex inhibet usucaptionem, bona fides possiden-  
ti nihil prodest.

Tutor in re pupilli tunc domini loco habetur, cum  
tutelam administrat, non cum pupillum spoliat.

Si res pro derelicto habitas sit, statim nostra esse  
desinit, ex sit occupantis.

#### EX LIBRO XLII.

In obligationibus faciendi post moram suadit ob-  
ligatio ad intresse.

Quod ius sit, uetus uice prætor, contrario imperio  
tollerere & remittere potest: sed de sententijs contra.

Inter eos quibus ex eadem causa debetur, melior  
est occupantis conditio.

Si conuenerit inter litigatores, quid pronuntiatur,  
non ab re erit iudicem huiusmodi sententia proferre.

De unoquoc; negotio præsentibus omnibus, quos  
causa contingit, iudicari oportet.

Contumacia eorum, qui ius dicenti non obtempe-  
rant, litis damno coeretur.

Iudex qui semel uel pluris, uel minoris condemnau-  
it, amplius corrigere sententiam suam non potest.

Res inter alios iudicatae, alijs non præjudicant.

Confessus pro iudicato est: non autem fatetur, qui

errat, nisi ius ignoravit.

Qui fraudationis causa latitauit, si boni viri arbitratu non defendetur, eius bona possideri uendiq; iubebo.

Respublica creditrix omnibus chirographarijs creditoribus prefertur.

Dolus ei duntaxat nocere debet, qui eum admisit.

In generali concesione non uidetur fraus esse concessa.

### EX LIBRō XLIII.

Quod quis legatorum nomine, non ex uoluntate hæredis occupauit, id restituat hæredi.

Ne quid in loco publico facias, inue eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur.

Si quis sub specie refectionis deteriorem uitam faciat, impune uim patietur.

Non est excusatus, qui iussu alii uicarius occidit.

Si plures hæredes sunt, unusquisq; non amplius, quam ad eum peruererit, tenetur.

Non corrupi, aut mutari, quod recte transactum est, superueniente delicto potest.

Quod uia aut clam factum est, qua de re agitur, id cum experiundi potestas est, restituas.

Nulla paratur defensio ei, qui contra iuris dispositionem aliquid molitur.

Opus

Opus quod à pluribus pro iudicio factum est, si  
gulos in solidum obligat.

Qui deo malo fecit, quanto minus possit restituere;  
perinde habendus est, ac si posset.

#### EX LIBRO XLIII.

Sicut actor tenetur probare suam intentionem, ita  
reus suam exceptionem.

Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quā  
uis diuersae sint.

Res inter alios iudicatae, alijs non obfunt.

Aduersus exceptionem iurisitandi replicatio do  
li mali non debet dari.

Omnes exceptiones, quae reo competunt, fideiuso  
ri quoq; etiam in iusto reo competit.

Exceptio rei iudicatae obstat, quoties inter easdem  
personas eadem questio reuocatur.

Longæ possessionis præscriptionem in prædijs lo  
cum habere manifestum est.

In rebus soli locus est præscriptioni diutinæ pos  
sessionis.

Cum hæres in ius omne defuncti suæ dit, ignora  
tione sua defuncti uitia non excludit.

Longa possessio nō recte defenditur, cum exordium  
rei, bona fidei ratio non tuetur.

Liberis ex hæredatis, qui nihil ex patris iudicio me

ruerūt, rupto testamento ius suum conseruandū est.

Ius iurandum uicem rei iudicat & obtinet.

Qui negligentē amico rem custodiendā committit,  
de se queri debet: magnam tamen negligentiam plā-  
suit in doli criminē cädere.

Impossibili cōditione factam stipulationem constat  
nullius esse momenti.

Omnes penales actiones post litem inchoatas  
~~&~~ ad hæredes transeunt.

#### EX LIBRO XLV.

Stipulatio non potest confidā, nisi utroq; loquente  
& consentiente.

Qui bis idem promittit, ipso iure amplius, quā  
semel non tenetur.

Quod leges fieri prohibent, si perpetuam causam  
seruaturum est, cessat obligatio.

Ei qui per dolum obligatus est, competit exceptio.

In ambigua oratione cōmodissimum est id accipi,  
quo res, de qua agitur, in tuto sit.

Qui ainq; sub conditione obligatus airauit, ne cō-  
ditio existaret, nihilominus obligatur.

Quicquid astringēdā obligationis causa est, id nisi  
palam uerbis exprimatur, omissum esse intelligen-  
dum est,

Nulla promissio potest consistere, quæ ex uolūtate

**promittentis statum capit.**

In contractibus non est locus inter accrescandi.

Cum duo eandem pecuniam aut promiserunt, aut stipulati sunt, ipso iure et singulis in solidum debetur, et singuli in solidum debent, ideoque petitione acceptationeque unius tota soluitur obligatio.

Ius duorum reorum promittendi est, ut unusquisque eorum in solidum sit obligatus, possit ab alterutro solidum peti.

#### EX LIBRO XLVI.

Fideiussor et ipse obligatur, et suum haeredem obligatum relinquit, cum rei locum obtineat.

Si quis postquam transacto tempore liberatus est, fideiussorem dederit, fideiussor non tenetur.

Fideiussor antequam reus debeat, conueniri non potest, nec liberato reo transactione.

In omnibus speciebus liberationum etiam accessio- nes liberantur.

Si quis aliam rem pro alia uolenti soluerit, et euicta fuerit, remanet pristina obligatio.

Qui sic soluit, ut recuperet, non liberatur.

Quoties id quod tibi debeam, ad te peruenit, et tibi nihil absit, nec quod solutum est, repeti possit, competit liberatio.

Cum iussu meo id, quod mihi debet solui, soluis

creditori meo, et tu a me, et ego a creditore meo  
liberor.

Prout quidq; contractum est, ita et solui debet.  
Ex pluribus reis stipulandi, si unus acceptum fecerit,  
liberatio contingit in solidum.

### EX LIBRO XLVII.

Civilis constitutio est, penalibus actionibus haeres non teneri, nec ceteros quidem successores.

Nunquam plura delicta concurrentia faciunt, ut nullius impunitas detur,

Furti actio datur ei, cuius interest, conductio uero  
furtiva datur domino rei.

Cui conceditur administratio rerum, non uidetur  
concessum, ut in eis fraudem committat.

Qui alienū quid jacens lucri facēdi causa sustulit,  
furti obstringitur, siue sat cuius sit, siue ignorauit.

Eum, qui quod utendum accepit, ipse alij commō  
dauerit, furti obligari responsum est.

Nemini officium suum, quod eius, cū quo contra-  
xit, non etiam sui cōmodi causa suscepit, damno-  
sum esse debet.

Res furtiva nisi ad dominum redierit, usucapi non  
potest.

Non prodest ei qui ui rapuit, ad evitandam pos-  
nam, si ante iudicium restituat rem, quam rapuit.

*Is qui iure publico utilitur, non uidetur iniuriæ faci  
endæ causa hoc facere: iuris enim executio nō habet  
iniuriam.*

*Eum, qui nocentem infamavit, non est bonum &  
equum ob eam rem condemnari.*

*In omnibus causis, præterquam in sanguine, qui  
delatorem corruptit, pro uicto habetur.*

### **EX LIBRO XLVIII.**

*Is qui reus factus est, purgare se debet, nec ante  
potest accusare, quām fuerit excusatus.*

*Constitutionibus obseruatur, ut non relatione cri-  
minum, sed innocentia reus purgetur.*

*Optimum est, ut si quas putas te habere petitio-  
nes, actionibus experiaris.*

*Si creditor sine autoritate iudicis res debitoris  
occupet, ius crediti non habet.*

*In maleficijs uoluntas spectatur, non exitus.*

*Nihil interest, occidat quis, an causam mortis  
præbeat.*

*Nemo debet duplia contritione conteri, quoniam  
afflictis non est addenda afflictio.*

*Qui munus publicæ mædatum accepta pecunia ru-  
perunt, criminis repetundarum postulantur.*

*Facti quæstio in arbitrio est iudicantis, potæ ue-  
ro persecutio nō eius uoluntati mandatur, sed legis*

~~authoritati reseruatur.~~

Inaudita causa quenquam damnari, & equitatis ratio non patitur.

Confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si nulla probatio religione cognoscentis instruat.

Sicutius est, impunitum relinquifacinus noxantis, q̄ innocentem damnari.

Respiendum est iudicanti, ne quid durius, aut remissius constituantur, quam causa deposita.

Crimen uel poena paterna nullam maculam filio infligere potest.

Non est uerisimile, delictum unum eadem lege uarijs estimationibus coerceri.

Interpretatione legum poenae molliendae sunt possim, quam exasperandae.

#### EX LIBRO XLIX.

Appellationes, in eorum persona, quos damnatos statim puniri publice interest, recipi non debent.

Si expressim sententia contra iuris rigorem data fuerit, ualere non debet.

Appellatione interposita, medio tempore nihil est innouandum.

Impossibile præceptum iudicis nullius est momenti.  
Non obest error cuiquam, quod ignarus iuris sui

ipse se detulit.

Non possunt ulli bona ad fiscum perānere, nisi  
quae creditoribus superflua sunt: id enim honorū  
cuiusq; esse intelligitur, quod aeri alieno superstet.

Sicut mundare causam nemo cogit, ita liberum  
arbitrium desistendi et non datur, qui detulit.

Eos, qui ab hostibus capiuntur, uel ab hostibus de-  
ducuntur, iure postlimij reuerti, antiquitus placuit.

Factæ causæ infestæ nulla constitutioē fieri possunt.

Qui per iniuriam ab extraneis detinetur, is ubi  
in fines suos redierit, pristinum ius suum recipit.

Omne delictum est militis, quod aliter, quam dis-  
iplina communis exigit, committitur.

#### EX LIBRO L.

Affumptio originis quæ non est, ueritatem naturæ  
non perimit.

Quod maior pars curiae effidit, pro eo habetur,  
ac si omnes egerint.

Honores & munera non ordinatione, sed potio-  
ribus quibusq; iniungenda sunt.

Honorem sustinenti munus imponi non potest, mu-  
nus sustententi honor deferri potest.

Legatus antequam officio legationis functus sit, in  
rem suā nihil agere potest, exceptis his quæ ad iniu-  
riam eius uel damnum peracta sunt.



Quod quis suo nomine exercere prohibetur, id  
neq; per subiectam personam agere debet.

Magistratus reipublicæ non dolum solummodo,  
sed & latam negligentiam, & hoc amplius etiam  
diligentiam debent.

Calularij erroris retractatio etiam post uicenniū  
tempora admittetur: sed si gratiō se expunet& dicen-  
tur, non retractabuntur.

Quod semel ordo decrevit, nō oportet rescandi;  
nisi ex causa.

Qui sine causa promisit, non est obligatus: si tamen  
men coepit facere, obligatus est, qui coepit.

Rebus concessa immunitas non debet interredi: at  
personis data immunitas, cum persona extinguitur.

Minus soluit, qui tardius soluit, nam ex tempore  
minus soluitur.

Nemo ope uidetur frassē, nisi & consilium mali-  
gnum habuerit: nec consilium habuisse nocet, nisi et  
factum scutum fuerit.

In conuentionibus contrahentium uoluntatem po-  
tius, quam uerba spectari placuit.

Magna negligentia culpa est, magna culpa dolus  
est.

Sequuntur

SEQVVNTVR REGVLAE

IVRIS ANTIQVI.

Regula est, quæ rem, quæ est, breuiter enarrat, non ut ex regula ius sumatur, sed ut ex iure quod est, regula fiat.

Fœminæ & impubes ab omnibus officijs ciuilibus uel publicis remoti sunt.

Eius est non uelle, qui potest & uelle.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris uel domini.

In negotijs contrahendis alia causa habita est furi oforum, alia eorum qui sibi possunt, quamvis actum rei non intelligerent.

Non uult hæres esse, qui ad aliū transferre uoluit hæreditatem.

Ius nostrum non patitur eundem in paginis & testatō & intestatō decessisse.

Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.

Semper in obscuris, quod minimū est, sequimur.

Secundum naturam est, commoda cuiusq; rei conse qui cum, quem sequentur incommoda.

Id quod nostrū est, sine facto nostro ad aliū transferri non potest.

In testamentis plenius uoluntates testantium inter pretantur.

Non uidetur cœpisse, qui per exceptionem à petitio

ne remouetur.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, praesenti die debetur.

Qui actionē habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere uidetur.

Imaginaria uenditio non est, precio accedente.

Cū tempus in testamento adjicatur, credendum est pro hærede adiectū, nisi alia mens fuerit testatoris.

Quæ legata mortuis nobis ad hæredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu acquirimus.

Qui cū alio contrahit, uel est, uel debet esse non ignarus cōditionis eius: hæredi autem hoc imputari non potest, cum nō sponte cum legatarijs contrahat.

Non solet exceptio doli noçere his, quibus uoluntas testatoris non refragatur.

Quoties dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit.

Nō debet, cui quod plus est liæt, quod minus est, non liare.

In personam seruilem nulla exdit obligatio.

Vbicunq; in bonæ fidei iudicijs confertur in arbitrii domini uel procuratoris eius conditio, pro boni sui arbitrio hoc habendum est.

Contractus quidam dolum malum dumtaxat recipiunt, ut depositū & precarium, quidam & dolū

**C**ulpam, ut mandatum, commodatum, uenditum  
et locatum.

**Q**uatenuis cuiusq; intersit, in facto, non in iure  
conficit.

**P**lus cautionis in rem est, quam in personam.

**Q**ui potest iniurias alienare, multo magis et igno-  
rantibus et absentibus potest.

**N**ec ex praetorio, nec ex solenni iure priuatorum  
conventione quicquā immutandum est, quamuis obli-  
gationū causæ pactione possunt immutari, et ipso  
iure, et per pacti conuenti exceptionem.

**Q**ui ex liberalitate sua conueniuntur, in id quod  
facere possunt, condemnandi sunt.

**Q**uod initio uitiosum est, nō potest tractu tempora-  
ris conualescere.

**N**uptias non concubitus, sed consensus facit.

**V**erum est, neq; pacta, neq; stipulationes facturæ  
posse tollere: quod enim impossibile est, neq; pactos  
neq; stipulatione potest comprehendendi, ut utilem acti-  
onem, aut factum efficiere posse.

**Q**uod attinet ad ius duile, servi pro nullis haben-  
tur: licet quod ad ius naturale attinet, omnes homi-  
nes æquales sunt.

**I**n eo quod uel is qui petit, uel is à quo petitur, lu-  
cri causa facturus est, durior causa est petitoris.

**S**emper in stipulationibus et in cæteris contractis

bus id sequimur, quod actum est: unde si non patet  
quid actū est, erit consequens, ut id sequamur, quod  
in regione in qua actum est, frequentatur.

Nihil tam naturale est, quān eo genere quodq;  
dissoluere, quo colligatum est, ideo uerborum obli-  
gatio uerbis tollitur, nudi consensus obligatio contra-  
rio consensu dissoluitur.

Culpa est immisare se rei ad se non pertinenti.  
Nemo, qui condemnare potest, absoluere nō pōt.  
Si autē poena ex delicto defuncti, hæres teneri non  
debet, ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum  
peruenisset.

In omnibus causis pro facto accipitur id, in quo p  
alium mora est, quo minus fiat.

Furiosi uel eius, cui bonis interdictum sit, nulla  
uoluntas est.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur  
In re obscura melius est fauere repetitioni, quam  
aduentio lucro.

Qui in alterius locum succedunt, iustum habet au-  
sam ignorantie, an id quod peteretur, deberetur.

Nemo ex ijs qui negant se debere, prohibetur etiā  
alia defensione uiri, nisi lex impedit.

Quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei  
nomine, una tantum quis experiri debet.

Toties in hæredem damus actionem de eo, quod

ad eum peruenit, quoties de dolo defuncti consientur, non quoties ex suo.

Neg; pignus, neg; depositum, neg; precariū, neg;  
emptio, neg; locatio rei suæ consistere potest.

Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.

Quod à quo quam pœnæ nomine exactum est, id  
eidem restituere nemo cogitur.

Consilij non fraudulentí nulla obligatio est: cæterū  
si dolus et calliditas interægit, de dolo actio cōpetit

Socij mei socius, meus socius non est.

Quicquid in calore iracundiæ uel sit, uel dicatur,  
non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit  
erit iudicium animi fuisse.

Alterius circumuentio alij non præbet actionem.

Culpa caret, qui sat, sed prohibere non potest.

Non uidetur quisq; id capere, quod ei neæsse est  
alij restituere.

Non uidetur defendere, non tantū qui latitat, sed  
et is qui præsens negat se defendere, aut non uult  
suscipere actionem.

Cuius per errorem dati repetitio est, eius cōsulto  
dati donatio est.

Nemo plus iuris ad aliud transferre potest, quam  
ipse haberet.

Semper in dubijs benigniora præferenda sunt.

Nullus uidetur dolo facere, qui suo iure utitur.

Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.  
Ex penalibus causis non solet in patrem de pecu-  
lio actio dari.

Hæredem eiusdem potestatis iurisq; esse, cuius fuit  
defunctus, constat.

Semper qui nō prohibet pro se interuenire, man-  
dare creditur: sed & si quis ratum habuerit, quod  
gestum est, obstringitur mandati actione.

Domum suam reficere uniusq; licet, dum nō offi-  
ciat in uno alteri, in quo ius non habet.

Hæreditas nihil aliud est, quam successio in uni-  
uersum ius, quod defunctus habuerat.

Qui sine dolo malo ad iudicium prouocat, non  
uidetur moram facere.

Ea que raro accidunt, non temere in agendis ne-  
gocijs computantur.

Ea est natura cauillationis, ut ab evidenter ueris  
per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ e-  
videnter falsa sunt, perducatur.

Definit debitor esse is, qui nactus est exceptionem  
iustum, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

Quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea  
potissimum accepitur, quæ rei gerendæ aptior est.

Vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi de-  
ficiente ea, beneficium quoq; deficit: ubi uero genus  
actionis id desiderat, ibi ad quemuis persecutio eius

deuenerit, non deficit ratio auxiliij.

In iusto beneficium non datur.

Nemo potest gladij potestatem sibi datā, uel aūus  
uis alterius coērtitionis, ad aliūm transfrerre.

Fructus rei est, uel pignori dare licere.

Omnia quæcunq; causæ cognitionem desiderant,  
per libellum expediri non possunt.

Quo tute la redit, cō & hereditas peruenit, nisi  
cum fœminæ hæredes intercedunt.

Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem  
in suis hæredibus, cū moritur, habuit, habiturusue  
esset, si uixisset.

Vi factum id uidetur esse, qua de re quis, cū prohibi  
beretur fecit: clam, quod quisq; cum controuersiane  
haberet, habiturumue se putaret, fecit.

Quæ in testamēto ita sunt scripta, ut intelligi non  
possint, perinde sunt, ac si scripta non essent.

Nec pacendo, nec legem diēndo, nec stipulan  
do, quisquam alteri cauere potest.

Nō debet alteri per alterū iniqua cōditiō inferri.

Nemo potest mutare consilium suum in alterius  
iniuriam.

In totum omnia quæ animi destinatione agenda  
sunt, non nisi uera & certa scientia perfici possunt.

Aētus legitimi, qui non recipiunt diem uel conditi  
onem, in totū uitiantur per temporis uel cōditionis

adiectionem.

Generalliter cum de fraude disputatione, non quid habeat actor, sed quid per aduersariū habere non potuit, considerandum est.

Fraudis interpretatio semper in iure ciuii, nō ex cunctu duntaxat, sed ex consilio quoq; desideratur.

In toto iure generi per speciem derogatur: & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.

Quae dubitationis tollēdē causa contractibus infunduntur, ius commune non lēdunt.

Donari uidetur, quod nullo cogēte iure cōceditur.

Non uidetur rem amittere, cuius propria nō fuit.

Cum amplius solutum est, quā debebatur, cuius pars non inuenitur, quae repeti pos̄it, totum esse indebitum intelligitur, manēte pristina obligatione.

Is natura debet, quem iure gentium dare oportet,  
cuius fidem secuti sumus.

In ambiguis pro dotibus respondere melius est.

Non est nouū, ut quae semel utiliter cōstituta sunt, durent, liat ille casus extiterit, à quo iniutum capere non potuerunt.

Quoties equitatem desiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est.

Non solet deterior conditio fieri eorū, qui litem contestati sunt, q; si non essent, sed plerūq; melior.

Nemo

Nemo enim in persequendo deteriorem causam,  
sed meliorem facit.

Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio  
est.

Quamdiu posset valere testamentum, tamdiu legi  
timus non admittitur.

In omnibus quidem, maxime tamen in iure, aequi  
tas spectanda sit.

Quoties duplia iure desertur alicui successio, repu  
diato novo iure, quod ate desertur, supererit uetus.

Si librarius in transcribendis stipulationis uerbis  
errasset, nihil nocere, quo minus et reus et fideius  
sor tenetur.

Filius familias neq; retinere, neq; recuperare, neq;  
apisa possessionem rei peculiaris uidetur.

Non solent, que abundant, utiliare scripturas.

Nemo dubitat, soluendo uideri eū, q defenditur.

In ambiguis orationibus maxime sententia spectan  
da eius, qui eas protulisset.

Ea sola deportationis sententia auffert, que ad fi  
scum perueniunt.

Quoties in utriusq; causa lucri ratio uertitur, is  
preferendus est, cuius in lucro causa tempore pre  
cedit.

Non potest improbus uideri, qui ignorat, quantū  
soluere debeat.

Omnia quæ iure contrahuntur, contrario iure per  
reunt.

Vbi lex duorum mensium fecit mentionem, et qui  
~~sexagesimo~~ primo die uenerit, audiendus est.

Qui uetante prætore fecit, hic aduersus edictum  
fecisse propriæ dicitur.

Eius est actionem denegare, qui posset et dare.

Nemo de domo sua extrahi debet.

Si in duabus actionibus alibi summa maior, alibi  
infamia est, præponenda est causa aestimationis: ubi  
autem equiparantur famosa iudicia, et si summam  
disparem habeant, pro paribus accipienda sunt.

Vbicunque causæ cognitio est, ibi prætor desideratur.

Libertas inestimabilis res est.

Cum seruis nulla actio est.

Ferè in omnibus penalibus iudiciis, et aetati et  
imprudentiae succurritur.

Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum  
prohibere non posset.

In eo quod plus sit, semper inest et minus.

Nemo alienæ rei expromissor idoneus uidetur, nisi  
si cum satisdatione.

Pupillus pati posse non intelligitur.

Vbi uerba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum  
esse factum.

Mulieribus tunc suauarendum est, cum defraudare

tur, non ut facilius cumnientur.

Pupillum qui proximus pubertati sit, capacē esse  
et furandi, et iniuriæ facienda.

In hæredem nō solent actiones transire, quæ po-  
nales sunt ex maleficio.

Nihil interest, ipso iure quis actionem non habe-  
at, an per exceptionem infirmetur.

In toto et pars continetur.

In obscuris infideli solet, quod uerisimilius est, aut  
quod plerumq; fieri solet.

Si quis obligatione liberatus sit, potest uideri accep-  
tisse.

Non potest uideri acceptisse, qui stipulatus potest  
exceptione submotueri.

Nihil consensui tam contrarium est, qui ex bonæ  
fidei iudicâ sustinet, quam uis atq; metus, que com-  
probare, contra bonos mores est.

Non capitur, qui ius publicum sequitur.

Non uidentur, qui errant, consentire.

Prætor bonorum possessorē hæredis loco in omni  
causa habet.

Creditor, qui permittit reū uenire, pignus dimittit.

Non ut ex pluribus causis deberi nobis idē potest,  
ita ex pluribus causis idem posse esse nostrum.

Aliud est uendere, aliud est uendenti consentire.

Refertur ad iuuersos, quod publice fit per maio-

rem partem.

Absurdum est, plus iuris habere, cui legatus sit fundus, quā hæredem, aut ipsum testatorem, si uiueret.

Quoties per eum, cuius interest conditionem non impleri, fit quo minus impleatur, perinde habetur, ac si impleta conditio fuisset.

Quæ propter necessitatē recepta sunt, nō debent in argumentum trahi.

Cui ius est donandi, eidem & uendendi & concendi ius est.

Pœnalia iudiciorum semel accepta, in hæredes transmitti possunt.

Cum quis posset alienare, poterit & consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam eius uoluntatem habendam.

Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

Non uidentur data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt.

Qui iussu iudicis aliquid facit, nō uidetur dolo malo facere, quia parere neceſſe habet.

Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum.

Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione cuiusq; capit interpretationem.

Factum à iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est.

Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod præstiterit.

Is damnum dat, qui iubet dare: eius uero nulla culpa est, cui parere necesse sit.

Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.

In contrahenda uæditione ambiguum pactum contra uenidorem interpretandum est: ambigua autem intentio ita accipienda est, ut res salua sit actori.

In condemnatione personarum, quæ in id quod facere possunt, damnantur, non totum quod habent, extorquendum est, sed et ipsarum ratio habenda est, ne egeant.

Vnianq; sua mora noct, quod ex in duobus reis promittendi obseruatur.

Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.

Qui potest facere, ut possit cōditioni parere, iam posse uidetur.

Quod quis, si uelit, habere non potest, id repudie non potest.

In omnibus officijs, quæ fieri per liberas personas leges desiderant, seruus interuenire non potest.

Non debo melioris cōditionis esse, quam auctor meus, à quo ius in me transit.

Non est singulis conædendum, quod per magistra

tum publice posse fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi.

Infinita estimatio est libertatis & necessitudinis.

Qui in ius dominii alterius suae dit, iure eius uti debet.

Nemo uidetur in dolo esse, qui ignorat causam, ac non debeat petere.

Cum principalis causa non constat, plerique nec ea quidem, quae sequuntur, locum habent.

In obscurâ uoluntate manumittentis fauendum est libertati.

Quod iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset.

Si nemo subiicit hereditatem, omnis uis testamenti soluitur.

Quod nullius esse potest, id ut altius fieret, nulla obligatio ualeat efficiere.

Etsi nihil facile mutandum est ex solennibus, tamē ubi aequitas evidens poscit, subueniendum est.

Venit timoris iusta excusatio non est.

Impossibilium nulla obligatio est.

Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolui possit: et cum soluendi tempus obligationi additur, nisi eo præterito, peti non potest.

Si quis prægnantem uxorem reliquit, non uidetur sine liberis decedisse.

Vbi pugnalia inter se in testamento inveniuntur,  
neutrum ratum est.

Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege cōfir  
mata sunt.

Pupillus nec uelle, nec nolle in ea ætate (nisi appo  
sita tutoris autoritate) creditur.

Quod ruincatur, in bonis non est.

Quod princeps ei, quem uiuere exsimubat, con  
cessit, non uidetur defuncto concēsse.

Ea quæ in partes diuidi non possunt, solida à sin  
gulis hæredibus debentur.

In re dubia benigniorem interpretationem sequi,  
non minus iustius est, quam tutius.

Omnia ferè iura hæredum perinde habentur, ac si  
continuo sub tempus mortis hæredes extitissent.

Qui per cessionem quamvis longissimā, defuncto  
hæredes extiterunt, non minus hæredes intelligun  
tur, quam qui principaliter hæredes extiterint.

Expressa nocent, non expressa non nocent.

Priuilegia quædā causæ sunt, quædam personæ,  
et ideo quidem ad hæredem transmittuntur, quæ  
causæ sunt, quæ personæ sunt, ad hæredem non  
transcunt.

Semper in conventionibus non solum quid licet,  
considerandum est, sed et quid honestum sit.

Neg; in interdicto, neg; in cæteris causis pupilli

nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue  
non est.

Non potest dolo carere, qui imperio magistratus  
non obtemperat.

Qui in servitute est, usucapere non potest, nam cum  
possideatur, possidere non uidetur.

Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem.

Nemo plus commodi heredi suo relinquit, quam  
ipse habuit.

*XV.* Qui non facit, quod facere debet, uidetur facere ad  
uersus ea, quae non facit; at qui facit, quod facere non  
debet, non uidetur facere id, quod facere iussus est.

Libertas omnibus rebus favorabilior est.

Nemo alicui nomine lege agere potest.

Temporaria permutatio ius provinciae non inno-  
nat.

Vbi non uoce, sed praesentia opus est, mutus, si in-  
tellectum habet, potest uideri respondere.

Furiosus absentis loco est.

Favorabiliores rei potius, quam actores habentur.

Nemo praedo est, qui preium numeravit.

Loupletior non est factus, qui liberum acquisuerit.

Cum de lucro duorum queritur, melior est causa  
possidentis.

Cum prætor in heredem dat actionem, quantum  
ad eum peruenit, suffiat si uel momento ad eum per-  
uenit.

*uenit ex dolo defuncti.*

*In pari causa possessor potior haberri debet.*

*Hi qui in uniuersum ius succedunt, hæreditis loco  
habentur.*

*Nihil dolo creditor facit, qui suum redpit.*

*Nunquam actiones, præsertim poenales de eadem  
re concurrentes, alia aliam consumit.*

*Qui dolo desit possidere, pro possidente damna-  
tur, quia pro posseßore dolus est.*

*Impertitia culpe adnumeratur.*

*Melior conditio nostra per seruos fieri potest, de-  
terior fieri non potest.*

*Non fraudantur creditores, cum quid non acquiri-  
tur à debitore sed cum quid de bonis deminuitur.*

*Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem  
facere potest.*

*Ea quæ dari impossibilita sunt, uel quæ in rerum  
natura non sunt, pro non adiectis habentur.*

*Bona fides tantundem possidenti præstat, quantū  
ueritas, quoties lex impedimento non est.*

*Qui authore iudicæ comparauit, bona fidei pos-  
sessor est.*

*Omnis hæritas quamvis postea adeatur, tamen  
cum tempore mortis continuatur.*

*Nunquam crescat ex postfacto præteriti delicti  
estimatio.*

Omnis actiones, quae morte aut tempore perirent,  
semel inclusæ iudiciorum, salutem permanent.

Non uidetur perfecte cuiusque id esse, quod ex casu  
aferri potest.

Absentia eius qui reipublicæ causa abest, neque ei,  
neque alijs damnoſa esse debet.

Quod contra rationem iuris receptum est, non est  
produendum ad consequentia.

Vni duo pro solido heredes esse non possunt.

Qui tacet, non utique fatetur, sed tamen uerum est,  
eum non negare.

Quod ipsis, qui contraxerunt obstat, et successo  
ribus eorum obstat.

Non omne quod licet, honestum est.

In stipulationibus id tempus spectatur, quo con-  
trahimus.

Nemo uidetur fraudare eos, qui sciant et consen-  
tiunt.

Quod quis, dum seruus esset, egit, proficiere li-  
bero facto non potest.

Semper speciales generalibus insunt.

Cuius effectus omnibus prodest, eius et partes  
ad omnes pertinent.

Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum  
prestare debet.

Parem esse conditionem oportet eius, qui quid pos-

ſideat, uel habeat, atq; eius cuius dolo malo factum  
eſt, quominus poffideret uel haberet.

Nemo dānum facit, niſi qui id fecit, quod facere  
ius non habet.

Hoc iure utimur, ut quicq; omnino per uim fiat,  
id aut in uis publicæ, aut priuatæ crimen inadat.

Deieat et qui mandauit.

Ratiobitio mandato comparatur.

In contractibus, quibus dolii preſtatio, uel bona  
fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur.

Fere quibuscumq; modis obligamur, ijsdem in con-  
trarium actis liberamur: cum quibus modis acqui-  
rimus, ijsdem in contrarium actis amittimus.

Cum pær delictum eſt duorum, ſemper oneratur  
petitor, et melior habetur poffessoris cauſa.

Illi debet permitti poenā petere, qui in ipsam non  
incidit.

Faſtū auiq; ſuī, non aduersario ſuo noāre debet.

Non uidetur uim facere, qui iure ſuo uititur, et or-  
dinaria actione experitur.

In poenalibus cauſis benignius interpretandum eſt.

Inuitus nemo rem cogiturn defendere.

Cui damus actionem, eidem exceptionem compe-  
tere multomagis quis dixerit.

Cum quis in alicuius locū ſucesserit, nō eſt æquū  
ei noāre hoc, quod aduersus eum non noauit, in cu-

ius locum successerit.

Plerunq; emptoris eadem debet esse causa circa pe-  
tendum ac defendendum, quæ fuit auctoris.

Quod auiq; pro eo præstatur, inuito nō tribuitur.

Ad ea, quæ non habent atrocitatem fañoris, uel  
sceleris, in his ignosatur seruis, si uel dominis, uel  
bis qui uice dominorum sunt, obtemperauerint.

Semper qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo  
habendus est, ac si haberet.

In cōtractibus successores ex dolo eorum, quibus  
successerunt, non tantum in id quod peruenit, ue-  
rum etiam in solidum tenentur, hoc est, unusquisq;  
pro ea parte, qua hæres sit.

Quoties nihil sine captione inuestigari potest, eli-  
gendum est, quod minimum habeat iniquitatis.

Omnia quæ ex testamento proficiuntur, ita statū  
cuentus capiūt, si initū quidem sine uitio experint.

Omnis definitio in iure quili periculosa est, rarum  
est enim, ut non subueri possit.

Quod quis ex culpa sua dñnum sentit, non intel-  
ligitur dñnum sentire.

Minus est actionem habere, quam rem.

Plerunq; fit, ut etiam ea quæ à nobis abire pos-  
sint, perinde in eo statu sint, atq; si non essent eius  
conditionis, ut abire possint.

Iure naturæ æquum est, neminem cum alterius de-

trimento & iniuria fieri locupletiorem.

Res iudicata pro ueritate accepitur.

Non potest uideri desisse habere, qui nunquam  
habuit.

Seruitutem mortalitati ferè comparamus.

Quæ ab initio inutilis fuit institutio, ex postfacto  
conualescere non potest.

Seruus reipublicæ causa abesse non potest.


*Sententiārum ex Pandectis Iustiniani dēceptarum*

F I N I S

IMPRESSVM IN INCLYTA  
TRANSYLVANIAE  
CORONA.

ANNO M. D. XXXIX.







Authority of this Agent.

- 1 Actio et eius sui attractio qui ab initio  
 locis sui actionis utrum iurare debent. D. 4.  
 2 Damnum est infraeras lites quae ad  
 veritatem informantur. E. 1.  
 3 Qui hominem omissoe lito amplius eum inhibet  
 Prohibitiv. E. 1.  
 4 Quando instruuntur libetrum aut con-  
 signationem non adiret nisi ante dies  
 sit probatio admittenda. F. 2.  
 5 De debitis exigendis ibidem versa pagina.  
 5 De testibus et falso testimonio. F. 3.  
 6 Iudicium in causa criminali non possit  
 absitatem negari debet, si p. f. cas.  
 6 De calumniatorib; ac calunnia. Item qd sit  
 calumnari, provocari, trahiri sibi E. 1. v. falso  
 Testimonia clam ab famulis extorquuntur E. 2.  
 Calumniantur provocantur. Trahi non sibi quid sit  
 Arbitri offici. E. 3. v.  
 Excommunicatio, implacatio, bisficio implacatio quid? F. 1.  
 Testis contra se digni facilius est. C.  
 Sit in iuri confessus et informare non possit. F. 1. v.  
 In testibus quid formandū. F. 3. v.  
 De appellacione et litteris de missoriis et  
 a postulis. G. 3. alias latelli appellacione.  
 De in interrogando infirmatione. G. 4. v.  
 Testimonia ex testibus. H. 3.  
 Nescit non ipso longo usq; propria officia i. 2.  
 Litteras in testimoniis emittendis K. 1. v.  
 Actus testamendi facundi quid K. 2. v.

Ab interfice qui, ut quis uero fuisse dicitur. M.3.  
Fidei commissari qui est deo et iis uero andic  
pro gloriis gloriarum uult cuiusvis istius  
pertinet iste.

Uersus principis. L.3. n.

Servitio permissum, ut ita ueris. 185

per via, aqua terra aqua sanctis. M.3. T.4.

Christi qui. O.2.

Facta est contractus O.3. v. Obligatio p.1.

De stipulatione et bonae voluntate p.2. et 3.

De mutuo et commodato. P.4.

De venditione. L.1. v.

De actione ex custode. Q.3.

et quia in multis fraudis contractus fir  
mata sunt et sequuntur.

De ejusdemque et Redditione actione  
in uenii qui quid recte committunt aut uicidi  
sit, et resiliunt non cogantur. Q.4. v.

De locutione fidei autem eorum quae sunt obser

De depositis ad custodem. Mandata p.1. R.2.  
alium dabo. R.3.

Sociales contractus omnibus bonorum, ne  
goitationis, negligentie et R.4.

Obligatio mandata q. in contractu contractu

De negotiis aliorum gestis. S.3. Contractus. S.1.


Contractus cuius libet qui in alieno est fidei statim p.2.

De iure contractuum ac debitum. T.1.

Item: qui prior est tempore, potior est iure.

Fidei contractus ut non faciat ut obligetur. T.1. v.

Contractus ut distingue signans. T.3. v.



Xathura aequum est, reuersum eius alterius  
minutus froni complectionem.

Eius igitur ratio etiamque vindicari potest  
in sententia lib. 5.

Publica dei rei vero missa, in vicem emittatur  
Scrip: lib. 8.

Vim ei respondeo, domini informe innoxijs  
Scrip: lib. 9.

Concluere finib[us] aut deo[rum] tamq[ue] omnijs diffi-  
ciles totius terrarum p[ro]fessorum solitudo debet F. 4

~~litteris~~ Partes litigantes aut inter se possunt  
expositio informis ipsas formidat factorem  
aut alium si se probet fortunam, in formis ad  
fissum nihil praevenire debet ~~in~~ sententia lib.  
Lxx, et proscripta ducas mensuram lib. 61 deo[rum]  
in regibus iuriis folijs ultimis ~~in~~ M. 1. 1.

Solubio et liberatio nimis quis sit. V. 1. 2.

In pugnare quia est debiti et crediti inter se contribui  
delegatio eni quis vita sua alii dat non creditori V. 3

de constituta pretium, q. est pro alio solitum possumus  
et de Mone V. 3. 2.

De conditione indebiti ex predicto q. non debet nisi  
aut non pro conditione fiducie solita. q. V. 4. 2.

Fiduciam regundonem in dictis X. 2.

Familia exerciscunde atque, quia res prohibentur. q. pro  
de communione cibis in modo X. 3.

De exhibendum aliquis imm. X. 4. v.

Si curiosus predictus ipso conditione V. 5

Quo arguenda vel amittenda possit. V. 5.

De longi tempore praefectione V. 2.

De actionibus Z. 1. v.

De astoren in prisione et de lo malo Z. 3.

De in dictis Z. 4. De non iudicata Aa.

De publicis in dictis Aa. 2.

De alienis et communibus modis Aa. 3. v.

Facti et vi conorum rafforum Aa. 4.

Quo vi mittitur causa gestum est. Bb. 1.

De canone iniuriae et uox alibi actio Bb. 2.

Cum quis laetus iniqui. q. Bb. 3.

De homicidio et abberatione habet causa q. s.

Parte voluntaria. Pro loco autem et tempore Bb. 2.

Alibi causa. Crimina publica q. et tunc occisor. Aa. 2.

De factis q. pro uictimis negligencia.

De plures C. 1. v.

De iniuria facta q. summa damnacione C. 2.